

II. 10.

# Program

womit

die feierliche Einweihung des neuen Lehrgebäudes

des

## Stettinischen Königlichen und Stadt-Gymnasium

welche

Montag den 15. October 1832 Vormittags um 9 Uhr

in dem neuen Hörsaale der Anstalt Statt finden soll.

sowie den damit

verknüpften Redeact und die Entlassung der Abiturienten

ankündigt

**K. F. W. Hasselbach,**

Doktor der Theologie und Philos. Director und erster Professor des vereinigten Königl. und Stadt-Gymnasium,  
Director des mit demselben verbundenen Seminarium für gelehrte Schulen, Mitglied der Lateinischen  
Gesellschaft zu Jena.

---

Inhalt: De ecclesia Tyria a Paulino episcopo exstructa Commentatio

und

Nachrichten über das Schuljahr von Michaelis 1831 bis Michaelis 1832.

---

~~~~~  
Gedruckt bei Franz Hessenland.

1801

Die folgende Beschreibung des neuen Verfahrens

zur Bereitung des besten Schokolade

von dem Herrn ...

in dem ...

... der ...

... der ...

... der ...


... der ...

... der ...


... der ...

... der ...


... der ...




DAS NEUE GYMNASIEN-GEBÄUDE ZU STETTIN.



II



III



# De ecclesia Tyria

a Paulino episcopo exstructa Commentatio

qua

inaugurandam novam Gymnasii Sedinensis domum

indicit

*Carol. Frid. Guil. Hasselbach.*

---





Quem diu multumque desideratum, quem tantopere expetitur expectavimus avidissime, ecce ille lactissimus scholae nostrae dies jamjam tandem illucescet, cum Dei immortalis benignitate apertum habebimus aditum in novam eruditionis velut officinam, in quam exultantes intremus ut ex aedibus male materiatis et paene ruinosis in bene fundatam ac stabilitam novi operis firmitatem, ex veterum umbraculorum angustiis et obscuritate in ampliorensplendorum spatiorum ambitum ac lucem, ex incommoda parum digestae molis deformitate in artificiosam structurae apte et ratione compositae pulchritudinem. Quapropter celebrandus ille dies singulari a nobis laetitia erit, agenda gratiae ante omnes ut par est summo qui haec ita instituit Deo, deinde Regi patriae Parenti virisque honestissimis omnibus, Gymnasio nostro bene cupientibus ac patrocinantibus, quorum opè atque industria necessitatibus nostris tam liberaliter et prope dicam magnifice provisum est.

Dubitantem me autem paulisper atque mente mea circumspicientem, unde potissimum sumerem argumentum, quo rite et ad rei dignitatem accommodate ejusdem nobiscum gaudii socios invitarem ad festum diem nobiscum agendum admonebat materiae ipse, in quo nova domus aedificata est, locus — fuerat enim templum ibi S. Mariae olim consecratum partim fulminis ietu ante hos tres et quadraginta annos, partim humana deinceps manu destructum,

vel etiam temporis diuturnitate collapsum — admonebat fixa non heri aut nudius tertius in animo meo sententia, qua persuasum mihi penitus erat de summae conjunctionis vinculis, quibus schola esset cum ecclesia arctissime colligata, ut quemadmodum haec domus nostra proprie ecclesiae fundamento excitata et constituta est, sic omnino schola iterum ecclesiae in altitudinem feliciter suscitandae velut substructionem, qua firme niteretur, suppeditaret: admonebat denique studiorum meorum ratio, quam ex hac persuasione profectam et alias in simili descriptionis genere secutus essem, cujusque novo qualicumque documento probandae nolui tam idoneam hanc omittere opportunitatem.

Inde factum est, ut ad quaestionem revocarer de schola, quam Christiani olim Alexandriae in Aegypto aperuerant, catechetica dudum non inchoatam illam a me, sed etiam confectam, quam tamen doleo per magnas, quibus distineor, occupationes nondum licuisse mihi praeter priorem ejus particulam in publicam lucem emittere. <sup>1)</sup> Etenim fieri non poterat, quin, cum naturam ejus scholae propriam variis adhuc, ut videbar mihi perspexisse, erroribus obscuratam indagare atque ex tenebris eruere conarer, simul inquirerem paulo diligentius in totam veterum Christianorum rem catechetica. Itaque eum quoque locum, qui solet de Catechumenorum ordinibus tractari, pervestigavi neque potui satis mirari, quanta varietate ac dissensione virorum doctorum de eo opiniones usque adhuc fluctuent. <sup>2)</sup> Sunt enim, qui in duas classes Catechumenos distribuunt, sunt, qui in tres: quin fuere etiam, qui in quatuor eos genera describendos censerent. Longum est de omnibus dicere et a proposito meo alienum: ideoque nihil moranti, quominus silentio postremi praetermittantur, quippe quorum rationes vel ex mera conjectura pendeant, vel levibus tantum ac nugatoriis nitantur argumentis, paulo acrior hic res mihi erit cum iis, qui, quamvis non omnes nervos contendant, ut persuadeant nobis de trium classium numero, satis tamen gravia se habere opinantur tantae multitudinis testimonia. Inter hos etiam vir ob affluentes theologiae doctrinae



copias pariter ac liberalioris pietatis sensum reverendus *Aug. Neander* est, qui in historia religionis et ecclesiae Christianae (vol. I. sect. II. p. 354-5) ambigere se profitetur, utrum *Origenes*, quem testem producit locupletem sane et haud contemnendum, c. *Cels.* 3, p. 147 *Hoesch. T. 1, 31, p. 481 Delarue*, tres, an duos Catechumenorum ordines confirmare existimandus sit. Equidem *Origenis* sententiam hic relinquere in medio constitui sperans alibi me operae pretium facturum esse, si totum istum, quo continetur, locum pluribus impeditum difficultatibus et male, ut mea quidem fert opinio, passim intellectum accuratius interpretando expedire atque explanare studuerim. Nunc autem tantum dicam, cum jam pridem non temere neque nulla ratione adductus in eam dubitationem sim, num Catechumenorum genus umquam in duas species certas divisum sollemnique nomine distinctum fuerit, multo minus mihi quicquam probari potuisse de divisione tripartita, cuius fidem neque *Origenem* facere exploratum mihi est, neque *Eusebium*: quamquam hujus quidem auctoritatem, si modo est haec autoritas, ab istius partitionis defensoribus negligi plerumque solere video. Scilicet exstat in oratione ejus pagnegyrica, quam *Tyri* habuit ad dedicandum templum *Paulini* episcopi opera et labore recens ibi conditum, locus, in quo *Valesius* certe tres ordines discriminatos putat se reperisse, ita tamen diffidenter, ut aliter interpretantibus non magnopere se repugnaturum fateatur. <sup>3)</sup>

Verum subsistimus hic paululum et cursum orationis nostrae retinemus. Quid enim? Nonne devenimus ad campum, ubi exultare lactissime ac triumphare jam oratio possit? Conversae res publicae felici temporum inclinatione sub *Constantino* erant. Libertas Christianorum modo saeva persecutionum vi ac violentia oppressa extollebat caput atque recreata se erigebat: quae vitium fecerant aedes sacrae reficiebantur, quae eversae corruebant restituebantur, quas novas desiderabat privatorum pietas, publica munificentia largiebatur. Inde tot ecclesiae per totum imperium consecratae, tot encaenia ubivis celebrata, quorum sollemnia etiam *Eusebium* nostrum ad dicendum *Tyri* produxe-

rant. Nonne autem nobis quoque agenda encaenia sunt, cum schola publice hic dedicetur nova iisdem fere quibus ecclesia studiis et consiliis sacrandae? cum nos quoque de superatis temporum impedimentis simili veteribus Christianis gaudio triumphemus? Ecquid igitur aptius possit atque accommodatius nostro instituto videri, quam de encaeniorum ritu <sup>4)</sup>, de quo nondum omnia certa atque explicata sunt, aliquid quasi praefationem quandam sacrarum praemittere triumphali sermoni, quo nobis etiam nunc, ut Zenoni Veronensi olim, <sup>5)</sup> uti quodammodo licebit?

Attamen ne sic quidem de via semel instituta me sinam deduci confidens praesertim fore, ut hujus etiam compendio ad exitum, quem specto, perveniam. Eusebius igitur in oratione illa, quam Tyri habuit, splendide et magnifice descriptam externae ecclesiae speciem apostolici exempli imitatione, <sup>6)</sup> quae quam late pateat etiam per alia litterarum Christianarum monumenta uberius ac fusius disputare hujus loci non est, ad internam quandam transfert ejus operis fabricam, quam Paulinus, ut eventu praedicta comproberet, <sup>7)</sup> ex animorum quasi lapidibus confecerit. Quo autem planius procedat hujus translationis interpretatio magisque simul perspicue appareat vere saxci templi constructio, quam adumbratam paulo accuratius deinde delineare in animo est, necesse mihi puto totam illam Eusebii descriptionem, quatenus res postulare videatur, hic in conspectu ponere. *Δικαιοσύνη δὴτα, inquit, σικοδομῶν (Paulinus) κατ' ἄξιαν τοῦ παντὸς λαοῦ διήρει τὰς δυνάμεις, αἷς μὲν τὸν ἕξωθεν αὐτὸ μόνον περιφράττων περίβολον τὴν ἀπλαγιῆ πίσιν περιτειχίσας· πολὺς δὲ ὁ τοιοῦτος καὶ μέγας λαὸς οὐδὲν κρεῖττον φέρειν σικοδομημα διαρκῶν· αἷς δὲ τὰς ἐπὶ τὸν οἶκον ἐπιτρέπων εἰσόδους, θυραυλεῖν καὶ ποδηγεῖν τοὺς εἰσιόντας κατατάττων, οὐκ ἀπεικότως τοῦ νεῶ πρόπιλα νενομισμένους· ἄλλους δὲ πρώτοις τοῖς ἕξωθεν ἀμφὶ τὴν αὐλὴν ἐκ τετραγώνου κίσιον ὑπεστήριξε ταῖς πρώταις τῶν τεττάρων εὐαγγελίων τοῦ γράμματος προβαλαῖς ἐμβιβάζων· τοὺς δ' ἤδη ἀμφὶ τὸν βασιλείου οἶκον ἐκατέρωθεν παραζεύγνυσιν ἐπὶ μὲν κατηχουμένους καὶ ἐν αὐξῇ καὶ προκοπῇ καθιστάσας, οὐ μὴν πόρῳ που καὶ μακρῶν τῆς τῶν ἐνδοτάτω θεοπίας τῶν πισῶν διεζευγμένους. Ἐκ δὲ πύτων τὰς ἀκηράτους*

ψυχὰς θεῶν λουτρῶν χρυσοῦ διην ἀποσμηχθείσας παραλαβὰν κἀνταῦθα πὺς μὲν κίσει τῶν ἐξωτάτω πολὺ κρείττωσιν ἐκ τῶν ἐνδοτάτω μυσηκῶν τῆς γραφῆς δογματῶν ὑποσηρίζει, πῶς δὲ πρὸς τὸ φῶς ἀνοίγμασι καπυγάζει προπύλα μὲν ἐνὶ μεγίστῃ τῆς τοῦ παμβασιλέως ἐνὸς καὶ μόνου θεοῦ δοξολογίας τὸν πάντα νεῶν κατακοσμῶν, Χριστῷ δὲ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος παρ' ἐκάτερα τῆς τοῦ πατρὸς ἀβεντείας τὰς δευτέρας αὐγὰς τοῦ φωτὸς παρεχόμενος, τῶν τε λειπῶν διὰ τοῦ παντὸς οἴκου ἄφθονον καὶ πολὺ διάφορον τῆς καθεκασον ἀληθείας τὸ σαφὲς καὶ φωτεινὸν ἐνδείκνυμενος.

Priusquam singula illa, in quibus vel haeserunt interpretes vel lapsi turpiter sunt, attingere atque explanare aggredior, breviter moneo, in vivi hujus aedificii conformatione et figura, qua simul imago quaedam dispositarum tunc per dignitatis in ecclesia gradus et distributarum ingenii facultatum exprimitur, non omnia posse ad vivum resecari, sed nonnulla, ut fit in similibus comparatione, ad speciem tantum similitudinis esse conferenda. Jam primum illud Christianorum genus, quod opifex dicitur adhibuisse, non cingit muro externo, sed ipsis his Christianis utitur tanquam materia ad aedificandum subjecta, e qua maceries areae circumdetur: cumque hi simplici tantum fide sint imbuti non perfectiore illa quidem variaque eruditione perpolita, at certa tamen ac confirmata neque errorum inconstantiae obnoxia, ipsi formam effingunt stabilis illius fidei, qua in muri modum ducta totam ecclesiae structuram ut firmissimo sepimento Paulinus amplectitur. <sup>3)</sup> Pro Catechumenis hos Christianos consipientes nequaquam habendos esse, colligitur primum ex eo, quod ipsi proprio illorum nomine non designantur, sed alii potius mox commemorandi, qui basilicam utrimque circumstantes isto vocabulo tunc demum illato diserte ab his distinguuntur: deinde etiam ex fide iis tributa, quam in Catechumenos nondum cadere certissimum est. Quippe ne Zonarac quidem auctoritas, etsi alioquin multum sane apud me ponderis habet, ita movere me unquam potuit, ut ex duobus illis, in quae antiquitus jam dispersitos eos fuisse testatur, Catechumenorum generibus alterum ex fidelium classi constituisse crederem, <sup>4)</sup> nedum a minutis opinatoribus eo usque induci me patiar, ut vel de

singulari nescio cujus ecclesiae more fidelium appellationem usurpandi de Catechumenis quicquam iis concedam. Velut Touttaeus ejusmodi usum, ex quo competentes, qui latine dicuntur, sive ad baptismum jam accedentes Catechumenorum nomen deposuerint, fidelium adsumserint, ecclesiae Hierosolymitanae frustra conatur vindicare. <sup>10)</sup> Loca enim ipsius Cyrilli, unde vindiciarum argumenta sibi ducenda putavit, tantum abest ut istum usum confirmet, ut diligentius perpensa redarguant totius opinionis commentum atque prorsus refellant. Ortus autem procul dubio error inde est, quod cum Touttaeus recte quidem observasset, eos, qui doctrinae mysteriis initiarentur ut jam jamque baptizandi, ex Catechumenorum numero disertis verbis eximi, non tamen animadvertit, idcirco eosdem nondum in fidelium coetum fuisse receptos, sed adhuc, ut Cyrillus ait, versari in eorum confinio et tanquam trutina examinari.

Quare cum ne a Cyrillo quidem, qui solus videbatur excitari posse, hujus appellationis testimonium peti queat, eo minus profecto incorrupte atque integre judicantes dubitabunt, quin causa cadere pronuntient etiam Zonaram, cui una atque constanti voce omnes patres ecclesiastici, universa ecclesia reclamant, quique praeterea in dilucidando toto canone concilii Neocæsariensis quinto quasi a se ipso dissidens tam parum se praestitit fide dignum, ut et Balsamon et Aristenus, <sup>11)</sup> qui pedisequorum more ubicunque solent ipsius vestigiis eum persequi, hic tamen non eandem omnino in fraudem impellantur, sed alter certe eorum scrupuli sibi injecti gravitate prope commotus haud multum absit, quin duce et signifero relicto in alia omnia discedat.

Verum suppetunt adhuc aliorum argumentorum copiae, quibus, si quid a pertinacibus desideretur, cumulatus etiam quaestioni satisfaciamus. Dicuntur enim fideles illi, e quibus externa templi maceries composita est, magnam efficere Christianorum multitudinem eamque non ita debilem atque infirmam, ut fortasse, quia nondum corroborata sit, non valeat exstructam magnificentiore opere molem sustinere, sed ut omnino virium ejus imbecillitas graviore

oneri ferendo impar sit. Atqui neque major usquam hominum per populos Christianos pars, nisi forte recens alicubi atque ex paucis collecti coetus, qualis tamen non erat Tyrius noster, magna subito incrementa caperent, e Catechumenis constabat, neque Catechumeni ita erant comparati, ut propter stabilem quandam et immutabilem mentis naturam infimo doctrinae quasi gradui haerent infixi, nec cuiquam per insitam omnibus ingenii tarditatem liceret ultra progredi atque in altiore locum adscendere. Quod si quis nihilominus in animum induceret negare, haberet sibi maxime repugnantem ipsum Eusebium, qui mox in studio eos promoveri et proficere posse affirmat.

Itaque sublatis quae septum nobis inferebat impedimentis jam pervenimus ad primum totius aedificationis introitum. Sed quod improvisum certe inopinatumque accidit, ab iis ipsis, quos Valesius ait <sup>12)</sup> portas ecclesiae servasse et intrantes singulos ad sua loca deduxisse, a subdiaconis ejus videmus primo statim aditu vestibuloque nos prohiberi. Non tamen desperandum temere, viam nos inventuros esse etiam per has, quibus denuo obstruitur, difficultates. Nam multum adhuc habere dubitationis et ipsos illos ministros, utrum intromittendi in graecam hujus temporis ecclesiam vel si mavis in limine ejus constituendi sint, et eorum ministerium, quale tandem ibi fuerit, non ignoramus. Quaeramus ergo, quonam jure Valesius eos introduxerit vestibulique custodiam iis commiserit. Profert auctoritatem concilii Laodicensi et quae ad canonem ejus vicesimum secundum notarint Zonaras et Balsamon. <sup>13)</sup> Inspicimus canonem, nullum ibi subdiaconum conspicimus. Sed ut primum facimus suspicionem, nostros eum oculos ibi latere, undique clamor exoritur atque admiratio, hebetiores nos adeo esse antiquitatis Christianae imperitos, ut nesciamus, proprio ac certo ministri (*ὀπηρετόν*) vocabulo appellari solere subdiaconum. Verum tamen cum nos quidem consueverimus non clamore, vociferantium pace dixerim, sed ratione et veritate convinci, licebit rem aliquantisper in incertum revocare, quamdiu certas addubitandi causas has habemus: primum, quod *ὀπηρετόν* vox ita communis omni ministrorum publicorum

generi est, ut parum verisimile videatur, nuncupatum hoc nomine proprie eum esse, qui ad singularem quendam famulatum praesto esset diacono, cum praesertim prior aetas eandem certe cum posteriori haberet potestatem, ex usitato pridem diaconi vocabulo, si res ita ferret, fingendi novum novi ministerii verbum: deinde in publicis conciliorum actis, in quibus maxime viget sollemnium verborum usus, non desunt loca, ubi *ὑπηρέτου* significationem patentem latius esse nemo velit infitari. Velut in actis concilii Nicaeni, <sup>14)</sup> quemadmodum didici ex Suiceri Thes. eccl. T. 2 p. 1581, aequum esse dicitur, ministrum episcopo, presbytero et diacono praestare operam, et in concilii Sardicensis can. 15 jubetur irritum esse, si quis quiscopus alienae paroeeciae ministrum proprio episcopo non consentiente in aliquo sacerdotalis dignitatis gradu collocaverit. <sup>15)</sup> Fluxit autem, id quod tertiae causae loco posuerim, latior haec significatio ex Novi Foederis sermone. Ibi enim non Christianae tantum religionis doctores, sed, quod magis huc pertinet, etiam qui in Judaeorum synagogis post archisynagogum et presbyteros minora munera v. c. legem recitandi obibant, ministri nominantur. <sup>16)</sup> Quis non videat, in ecclesiam Christianam, ad quam haud exiguus institutorum numerus a synagoga profectus manavit, cum sacerdotes non amplius sancto officii muneri exequendo sufficerent pluribusque subinde ministerii adiutoribus indigerent, cum re simul nominis aequalitatem transiisse? Unde factum, ut Optatus Milevitanus <sup>17)</sup> semel atque iterum inter diaconos et laicos locum det ministris, quos nescio quo jure Grotius subdiaconorum angustiis teneri existimat. Huc accedit, quod concilii Agatheni <sup>18)</sup> canon 66, totidem fere verbis translatus de concilii Laodicensi canone 21, Graecos *ὑπηρέτας* latine reddit per «insacros ministros», quos ne sic quidem crediderim intelligendos subdiaconos esse, nisi positis exemplis haud minus certe idoneis, quam quae afferant fidem, solis nonnumquam diaconis ministrorum nomen propria quadam vi ac potestate fuisse inditum. <sup>19)</sup> Denique ipse Zonaras, quo Valesius tanquam firmo explicandi fundamento confidit, non dissimulanter nutat in interpretatione,

cum ad conc. Laodic. can. 43 dici tantum confiteatur ministros esse subdiaconos. <sup>20)</sup>

His argumentis ita collectis atque ad integri iudicii normam perpensis nonne nostro quodam jure contendamus, quod Arcudius <sup>21)</sup> quidem subdiaconorum voci falso tribuerit, transferendum id verius esse ad ministrorum vocabulum, quo comprehendantur promiscue omnes inferiorum ordinum clerici? Sicut Areopagita ille, qui putatur, liturgorum suorum nomen praeter pontificem et sacerdotem imponit omnibus ne diaconis quidem exceptis eorumque aliis alia mandat officia ecclesiastica. <sup>22)</sup>

At quamvis probabilia, quae disseruimus, judicentur, non tamen ii sumus, qui negemus, videri saltem nobis adversari Laodiceos <sup>23)</sup> canones 20, 22, 23. Taceo enim canonem 24, cum nihil obstet, quominus hic quidem in contrariam prorsus partem accipiatur. <sup>24)</sup> Canon 20 vero, quoniam honorem decernit diaconis habendum a ministris et omnibus clericis, speciem prae se fert discriminis inter illos et reliquorum clericorum gregem custodiendi, eaque species augetur etiam adjunctis canonibus 22 et 23, quorum alter, ne minister orarium induat, alter ne lectores neve cantores vetat. Haec autem interdicta non diversis vetandi formulis ita se exciperent, nisi de diversis valerent clericorum generibus. Tum etsi non temere oportet Zonarae <sup>25)</sup> dictis multoque minus Balsamonis concedi, nonnihil tamen auctoritatis hic tribui eorum interpretationi haud absurdum fuerit: quippe ad quam stabiliendam aliquid fortasse roboris ac firmamenti praeter sublestam Constitutionum apostolicarum <sup>26)</sup> fidem videatur afferre etiam locus Athanasio <sup>27)</sup> vulgo adscriptus, ubi Ariani narrantur Scytharum morem imitati Eutychem subdiaconum corripuisse ecclesiae bene ministrantem.

Ut igitur hoc demus Valesio, ministros illos Concilii Antiocheni fuisse subdiaconos eosdemque etiam in Tyria ecclesia jam solitos sacris operari, num omnia jam ita plana videmus facta esse, ut nusquam offendamur? num de muneribus, quibus fungerentur, omnia sic ad liquidum perducta, ut nus-

quam incurramus? Scimus vasa sacra eos tractasse <sup>28)</sup>, superioribus loco clericis praecipue diaconis in res divinas operam dedisse, adhibitos etiam ad obeundas legationes ecclesiasticas <sup>29)</sup>: sed ut valde dubitamus, num doctoris audientium munus ex Dodwelli sententia injungi iis debeat, <sup>30)</sup> ita de forium quoque custodia veremur ne omnia nondum satis explorata constent, quatenus haec iis permittenda sit, praesertim ubi simul cum subdiaconis proprii etiam suum locum ostiarii obtinent, quod si minus in ecclesia Antiochena, at in Romana contigisse ab ipso ejus episcopo Cornelio memoriae proditum legimus. <sup>31)</sup>

Verum etiamsi reliqua omnia ad liquidum essent explorata, etiamsi conveniret nobis cum Valesio et de introducendi officio et de tempore, quo hujus officii munus subdiaconi tuerentur, nondum tamen omnia videremus expedita, sed ipse aditus nos detineret ac demoraretur adsidue, si vellemus expectare, dum nos hinc statim receptos in ecclesiae penetralia introducerent subdiaconi. Nusquam enim ne minimum quidem indicium reperimus factum, unde aliqua suspicio injiceretur, stationem eorum ad exterius usque pertinuisse vestibulum, per quod introitus erat in aulam subdialem sive medium istud spatium inter murum externum et ipsarum aedium limen interjectum. Ante hoc autem vestibulum non ab oratore, sed ab ejus interprete, quem alibi circumspectum, hic aliud agentem loci, in quo consistimus, prorsus immemorem fuisse dolemus, nos adhuc retineri, id quidem neminem nisi cum Valesio in sole caligantem fugere potest. Quid ergo cunctamur, cum sublatis e medio subdiaconis ejus via nobis munita plane ac patefacta sit, in aulae imaginem procedere, quamquam non introducuntibus proprie nos portis, quas etsi e Christianis constructas tamen non fides Valesio habita, sed fides tantum Orphica arte impulsae movere loco possint?

Jamque ingressi videmus alios Christianos externis columnis, quae in quadranguli speciem aulam circumdant, suffultos. <sup>32)</sup> Ne hos quidem in Catechumenorum numero esse reponendos, omnibus in promptu erit, modo ne



negligant animadvertere, quod et ab Eusebio iterum eorum nomine non appellentur, et in utrisque condicio satis dispar sit. Catechumeni enim magis magisque proficientes in sapientia Christiana <sup>55)</sup> possunt certe in intimum ejus sacrarium pervenire: illi autem velut confecta jam et absoluta discendi progressionem intra atrium subsistunt et quatuor evangeliorum litteram, <sup>54)</sup> ad cujus intelligentiam a natura satis habent instrumenti, sustentant, ultra progredi propter virium quandam imbecillitatem animique egestatem indociles. Sunt igitur secunda populi Christiani pars illa, quae non contenta simplicis fidei doctrina ad ipsius scripturae sacrae lectionem admittitur, ultra tamen quam littera ejus valet non sapiens. <sup>55)</sup> Etenim cum non omnes, ut fere Cyrillus Hierosolymitanus ait, <sup>56)</sup> libros sacros possent pervolvere vel pinguiore ingenio prohibiti ab adipiscenda cognitione et scientia vel vitae occupationibus districti, patrum jam memoria invaluerat consuetudo, ut totum fidei dogma, ne quis per ignorantiam salutem amitteret, paucis verbis comprehensum memoriterque complectendum novitiolis traderetur. Istud dogma qui firmiter conceptum animo retinent neque ulterius tendunt scientiae studio, hi sunt, e quibus externum murum Paulinus exstruit. Non multum ab his distant alii, qui operam quidem dant scripturae legendae, sed grammatici sensus quasi cancellis circumscribuntur. Utrosque Eusebius secernit ab iis fidelibus, quibus subnixae columnae sunt externis illis multo praestantiores utpote ex mysticis scripturae dogmatibus <sup>57)</sup> conflatae. Et quamquam alibi non item ut hoc loco duo simpliciorum Christianorum genera aperte distinguit, idem tamen quod hic discrimen etiam aliis locis perspicue ponit inter perfectiores et imperfectiores. Quemadmodum enim Hebraei diu ante Platonem, qui inde quandam praeceptorum similitudinem traxerit, fidem collocent ante scripturae divinae intelligentiam hominibusque animo infantibus scripturae historias tanquam fabulas, quibus aetas puerilis ad pietatem informetur, exercitatione autem corroboratis interiorum verborum cognitionem tradere soleant: sic ait Christianos tironibus, quibus forma ingenii adhuc rudis sit atque impolita, scripturae lectionem

simplicius tradere cum admonitione, credendum dictis ut dei verbis esse, pro-  
 vectoribus autem permittere, ut alius scrutentur atque examinent reconditam  
 verborum sententiam. Similiter cum totius instituti in evangelica praeparatione  
 ac demonstratione ratio eo consilio suscepta sit, idoneos dicit se adhortari,  
 ut diligentiam curamque conferant in verborum sententiam indagandam utque  
 intelligentiori iudicio dogmatum demonstrationes excipiant. Quando autem  
 non omnes investigandi quod lateat facultate praediti sint, neque tamen Christi  
 erga homines amor quemquam repellat et excludat a doctrina sua, jure fieri,  
 ut qui e rudioribus tirones sint scientia, mulieres et pueri et vulgarium ho-  
 minum multitudo, ad pietatem quasi manu ducantur adhibita medicamento  
 loco sana fide insitisque veris de divina providentia, de animi immortalitate,  
 de vita ex virtutis legibus agenda opinionibus. Jam cum omnia studia et  
 artes, cum universa denique vita humana e spe et fide apta pendeat, quid  
 mirum, si etiam, quae plus habeant momenti ad animi salutem, aliis non va-  
 cantibus per Christianam fidem tradantur, aliis liceat res ipsas persequendo  
 argumentorum discere conclusiones? <sup>53</sup>)

Haec si diligentius expenderimus, vix poterit controversia esse, quin  
 Eusebius eandem, quam ecclesiae Tyriae specie exprimit atque effingit,  
 Christianorum distributionem alibi quoque servaverit, quamquam dispersam  
 magis neque pari enumeratione sub unum adspectum subjectam. Videmus  
 enim imperitorum vulgus in simplici fidei professione sive symbolo velut in-  
 clusum contineri, alios progressionem aliqua cognoscendi facta admitti quidem  
 ad ipsius Scripturae Sacrae lectionem, sed narrationibus evangeliorum cohiberi  
 atque tam arcte adstringi littera eorum, ut sublata examinandi ac dijudicandi  
 libertate omnis intellectus ad praefinitam credendi formulam tanquam ad acer-  
 rimam normam dirigendus sit, ultimis autem, qui quasi gradibus disciplinae  
 scandendo ad summum scientiae fastigium pervenerint, penitus abstrusos veri-  
 tatis atque argumentorum fontes aperiri.

Etsi igitur ex atrio etiam videmur nobis feliciter submōvisse Catechumenos, cavendum tamen ne praepropere triumphemus de eorum ejectione. Residet enim scrupulus, qui nisi evellatur vel securiorem fortasse stimulet ac pungat. Scilicet idem Cyrillus, quem modo laudavimus, illuminandos suos appellat sacrorum evangeliorum auditores.<sup>39)</sup> Quidni ergo columniferi nostri possint esse Latinae ecclesiae Competentes sic vocati a petendo baptismi sacramento, ad quod percipiendum jamjam essent accessuri? Quidni sacrarum istarum expiationum signa,<sup>40)</sup> fontes istos e regione templi in medio atrio structos, vivis columnis circumdatos et ad eluendas sordes aquam ministrantes referamus ad significationem ejusdem sacramenti, quo candidati circumstantes mox perfundendi essent? Huc si sententia nostra inclinaret, erui ex Eusebio viderentur diversi quidem a Valesianis, at tres tamen Catechumenorum ordines Cyrillo duce recensendi, primus audientium, qui exteriore ambitu ecclesiam circumjicerent proprioque Catechumenorum nomine designarentur, secundus illorum, qui jam baptismo proximi illuminandorum perhiberentur cognomento,<sup>41)</sup> tertius denique recens baptizatorum seu neophytorum, qui etsi lustrali aqua jam tincti atque Christo initiati mysteriorum tamen Christianorum vim ac potestatem mystagogicis demum catechesibus edocerentur, idcirco et ipsi a Catechumenorum nomine nondum prorsus abhorrentes.

Verum quid diutius nos, qui temporis tantopere urgemur angustiis, intricis moramur, quarum ipsi nobis videmur velut architecti esse? Nam quos Catechumenos semel validorum argumentorum ope de medio removimus, non sinemus nobis postliminio redeuntes iterum obviam ferri, nisi meliore jure revertantur, quam fallaci et Cyrilli et Eusebii interpretatione, qualem vix per jocos liceat utrique affingere. Quis enim tantae temeritatis plenus est, ut quia revocet Cyrillus discipulos in memoriam evangeliorum, e quibus Christum esse carnem factum didicerint, discrimen ei putet adsignandum, quod ipse adspernetur ac respuat? ut cisternam illam sive cantharum, quem, ne quis illotis vel manibus vel pedibus aedes sacras ingrederetur, latices suos ad

ablendum squalorem praebuisse cum aliunde tum ab ipso Eusebio accipimus, <sup>42</sup>) hoc invitissimo audeat in baptisterium mutare? ut specie quadam vocabuli ab uno aliquo patre impositi concionibus, quas ad fideles modo lavacro salutare regenerates habuit, adeo commoveatur, ut eos, in quibus non solum simplex fides jam radices egit, sed etiam prima quaedam et inchoata Scripturae Sacrae intelligentia effloruit, non vereatur in Catechumenorum adhuc numero collocare?

Quamobrem ne declinare de suo statu patiamur fideles intra evangeliorum projecturam <sup>43</sup>) retentos, neque offendamur, quod vel anteponi iis videantur Catechumeni, cum aptior et accommodatior locus dari his non posset, nisi ubi oculis subjiiceretur facultas per se quidem novitiis omnibus concedenda, cui post positum tirocinium aditus ad perfectam cumulatamque sapientiam non esset interclusus. <sup>44</sup>) Non tamen cunctam Catechumenorum turbam posse ad consummatam illam omnibusque numeris absolutam cognitionem atque ad ipsius dei contemplationem <sup>45</sup>) perducere, continuo Eusebius satis aperte indicat, cum ait, non hos, sed ex his Paulinum adsumsisse animis puris praeditos et divino lavacro auri eluti instar purgatos <sup>46</sup>) eorumque alios substravisse columnis internis, aliis autem ut foraminibus ad lucem intro accipiendam factis omnia collustrasse <sup>47</sup>) ita, ut per unam maximam coelestis luminis velut portam unius et solius dei glorificatione celebrandi splendorem immitens universum templum decoraret, secundos Christi et Spiritus Sancti radios ab utroque paternae auctoritatis latere porrigeret atque tenderet, reliquorum autem dogmatum claritatem per totas aedes veritate singulorum illustrata ostenderet.

Sic etiam a nobis collustrata pro viribus ecclesiae Tyriae umbra atque imagine orationem convertimus ad solidam et expressam veri templi figuram, quam paucis tandem quasi lineis describere propositum nobis est. Quare cum nolimus per ambages legentem fatigare e. g. digrediendo ad architecturae Christianae incunabula et rudimenta, ut ortum ejus velut a fonte repetamus

et simul, qua progressionem sub Constantino jam aucta fuerit, demonstramus, quibusque e seminibus nata et profecta illa artis hujus exercendae ratio sit, quam mox Byzantinam, deinde Gothicam inferior aetas appellavit: missis igitur his ambagibus statim monemus, ut oratione Eusebii panegyrica primum ad nos ex antiquitatis Christianae monumentis perlatum exemplum sit verborum, qualia fieri in ecclesiarum consecrationibus solent, ita et ipsum templum Tyrium fuisse primum aedificatum ex iis, quae infinitis sumptibus summaque publica magnificentia Constantinus exstruenda curavit, et formae ejus descriptionem ab Eusebio propositam inter omnes aliarum, quarum speciem vel idem repraesentatam, vel alii nobis exhibent, vetustate esse antiquissimam: <sup>48)</sup> unde majoris aliquanto aestimandam eam ac notatu digniorem esse facile intelligitur.

Ne autem, cum duae jam ichnographiae confectae sint altera a Binghamo (T. 3 p. 131), altera in Rheinwaldi archaeologia ecclesiastica nuper edita (Berol. 1850, 8. tab. I), iisdem priorum tabularum vestigiis insistentes actum agamus, consilium susceptum ita optime videmur exsecuturi esse, si collatam utramque tabulam ad veritatis Eusebianae legem exegerimus et in linearum falso ductarum locum rectiores, si quas forte habemus, substituerimus. Id quidem initio melius sane a Rheinwaldo institutum est, quod non cum Binghamo, qui nimis in Beveregii <sup>49)</sup> exemplum obsequio agi se transversum passus est, singularum partium lineamenta, quae non in Tyria ecclesia cognosci, sed a communi quadam ecclesiarum forma, qualem cogitatione aliquis informatam anticipaverit, postulari viderentur, undecunque conquisita in vanam imaginis speciem collegit, quae nusquam tota posset ad rem et veritatem traduci: quamquam ne ipse quidem satis sibi cavit a studio aliena a se efficta inferciendi, ut quasi rimas aedificii ab Eusebio relictas expleret.

Primum igitur recte fecisse et Binghamum et Rheinwaldum existimo, quod, cum Eusebius neque rotundam neque polygoniam ejus formam comme-

moraverit, oblongam figuram, quae quia circi formam quodammodo referebat, dromicae <sup>50)</sup> nomen videtur invenisse, ecclesiae nostrae dederunt. Deinde autem uterque in eo errat, quod non omnia, quae ecclesiae adhaerent lateribus qualitercumque adnexa, in commune unius externi muri sepimentum concludunt: ut Binghamus alteram columnarum, quae porticus basilicam utrimque circumstantes sustinent, seriem, Rheinwaldus utrumque exedraram atque occorum ordinem a muri complexu segregavit: quamquam Eusebius diserte ait, Paulinum totam aream ponendis aedibus destinatam externo muro ut firmissimo totius loci munimento cinxisse. <sup>51)</sup>

Jam si oculos in primum introitum conjicimus, equidem non dubitaverim in eodem utrumque errore versari. Non enim unam portam, sed tres patuisse in aulam persuasum habeo, propterea quod Eusebius non solum plures una disertis verbis commemorat, sed etiam Paulinum dicit in ipsius templi fronte Orientem versus (e regione puto exterioris vestibuli) iterum tres portas construxisse. <sup>52)</sup> Has autem iterum constructas propius sibi admovendas esse atque arctius inter se copulandas, quam et a Binghamo et a Rheinwaldo factum videmus, non tam probatur eo, quod mediae tum altitudine ac latitudine, tum tabularum aerearum et caelaturarum ornamento antecellenti reliquae duae tanquam satellites reginae dicuntur subjunctae fuisse, quam quod tres simul efficiunt unum, ut Eusebius vocat, propylaeum magnum <sup>53)</sup> communis supercilii vel potius superliminaris commissura quadam coagmentatum. Ejusmodi propylaea cum Paulinus per utrumque basilicae latus disposuerit interrupto per singula utroque columnarum ordine sive ala, apparet inde, quantum Binghamus et magis etiam Rheinwaldus, qui utrimque unam tantum portae aperturam relinquit, ab architecti praescriptione aberraverit. Deinde ligneos clathros illos reticulatos, quibus intercolumnia in porticibus quadrangulis oblique circa impluvium positae clausa erant, omittit Binghamus, lineolis recte designat Rheinwaldus. <sup>54)</sup> Magis tamen eundem Binghamum falsum esse, cum nimis sollicita distribuendi in totius aedificii spatia audientes et poenitentes suos cura a Beveregio haud

dubie sibi injecta primam poenitentium classem in atrio collocat ab Eusebio hoc ita describi opinans, quid multis verbis opus est adfirmare, cum Eusebius commorationem tantum ac mansionem aliquam ibi opportunam fuisse dicat eorum, qui in aulam quidem ingressi, in ipsam ecclesiam tamen nondum introducti essent? <sup>55</sup>) Mox, quoniam alae jam satis bene templo accommodatae sunt, descendimus ad fenestras supra porticus utrimque tecto inditas aliaque majore luce, quam quae per portas immittebatur, praestantes. Formam earum fuisse portis similem, ut tria foramina, quorum medium altissimum inter reliqua duo eminebat, et ipsa propylaeum quoddam efficerent, id quidem nihil habet dubitationis: sed quot hujus generis propylaea e tecto exstiterint, incertum est: quamquam unum utrimque fuisse et duorum summam veriorum utriusque lateris propylaeorum multitudinem exaequasse, mihi certe probabile videtur. Clausae autem fenestrae erant non vitro neque lapide speculari, sed reticulis ex ligno interrassili fabrefactis. <sup>56</sup>)

Denique quid attinet, ut ipsius Eusebii verba in meum usum convertam, <sup>57</sup>) multum esse in exponendo scitissimo rerum ordine atque incredibili singularum partium intra ecclesiam pulchritudine, quid orando persequi et thronos et subsellia et altare subtilissimo cancellorum ligneorum opere septum et pavimentum marmore stratum, cum extra ecclesiam exedrae et oeci nostros oculos in se avertant sat negotii nobis facessentes? <sup>58</sup>) Nam primum si quaerimus de harum vocum differentia, cujus modi sit in describenda ecclesiarum structura, cum profanus vel Graecorum vel Romanorum usus hic parum nobis adjumenti adferat, jam coepimus haesitare. Etsi enim Eusebius istas aedicularum vel vocabulorum, quibus eas denotat, diversitate videtur distinxisse, sunt tamen loca, qualia ex Hieronymi in Ezech. 40 commentario excerpta leguntur in Valesii nota ad Euseb. d. vit. Const. 3, 30-, ubi utramque vocem in eandem significationem conferri nemo negaverit. <sup>59</sup>) Sed age concedimus ponendum esse discrimen, quo exedrae significant cellas porticibus additas, in

quibus considerare ac requiescere liceret, oeci autem thalamos seu cubicula circa basilicam aedificata, numquid minus haeremus iterum in numero et cellarum et cubiculorum incundo? Quamquam haec quidem ratio eo expeditior fortasse videbitur, quod cum Eusebius numerum non definiat, neque aliunde efficiendi ejus necessitas afferatur, certa computatio a nẽmine queat expostulari. Verum in constructione aedicularum aqua prorsus haeret. Nescimus enim, quomodo conjunctae cum basilicae lateribus, quomodo copulatae cum portis utrimque in mediam ecclesiam ducentibus fuerint: nisi forte animo ita aptius structura fingatur, ut mediam, quam ponit Eusebius, intelligamus aediculam, quacum aliae perforata ostiorum via connexae fuerint: quamquam sic quoque porticus laterales commodae earum cum ipsa basilica conjunctioni obstant. Satius igitur ducimus, quantum hic ex inscientia laboremus, ingenue fateri, quam conjecturis male tegendo vitium alere.

Superest, ut de usu, quem habuerint aediculae, explicemus. Eusebius ipse oecos certe, ad quos solos neutrum pronominis genus maluerim, quam ad exedras simul trahere, extractos in gratiam eorum ait, qui adhuc expiatione et purgatione per aquam et Spiritum Sanctum indigerent. Talium baptisteriorum nihil impedit quominus duo, singulis basilicae lateribus singula, adjungamus. Sed si ultra Eusebii verba progredi collibuerit, statim versamur in lubrico, ubi nos non habemus, in quo pedem ponamus, Valesii autem per nos licet secretaria et salutatoria sua quibuscunque fundamentis excitent. Nec quisquam speret tabulas nostras omnia bene composita, ordinata, digesta ante oculos esse posituras. Nullum eae perfugium, nullum solatium praebent. Nam Binghamus quidem, quod in oculos incurrit, ad suum arbitrium ac libidinem Eusebii orationem eludit, cum sumta majore propemodum quam Valesii licentia sceuophylacium et pastophoriorum copiam ignaro oratore illatam ab una tantum parte non adstruat aedibus, sed ubi placuerit juxta ponat maculasque insuper chartae illinat, quibus exedras delineari ne magnus qui-



dem Apollo divinando adsequatur. Neque minore temeritate, quamquam simulata quadam recta operis ratione et inductis antea porticibus importunis, Rheinwaldus duplicem instruit nescio quarum aedicularum ordinem, qui tamen, si quis intentiore oculorum acie eum aggreditur, dissolutus statim ad nihilum recidit.

Verum utcumque se res habet, id quidem sicut in interiorum partium compositione, sic etiam in exedarum et oecorum constructione evidentissimum est, Christianam ecclesiarum condendarum artem velut a fonte profluxisse Hebraeorum, quorum typos Eusebius tam sedulo ubivis respicit, ut ipsi Tyriae basilicae aedificatori et opifici nomen det Solomonis placidissimi.<sup>60)</sup> Eodem modo encaeniorum quoque sollemnia ad veteres Christianos transierunt non repetenda a superstitionibus gentilium, quippe quorum impias religiones Christiani detestarentur et execrarentur, sed ducenda a Judaeorum ritibus, quorum exemplo atque instituto Christiani haec sacra non celebrabant solum in templis consecrandis, sed statis diebus etiam anniversaria instaurabant. Minime tamen agebant ita, ut caerimoniarum vanitate defungerentur, sed ut rebus sacris operam mente darent, cujus interpretis oratio est. Inde factum, ut et precibus festum exornarent et concionibus sacris, quibus vel conditoris liberalitatem et munificentiam aediumque praestantiam laudibus efferebant, vel dogmata illustrando audientium animos pascabant, vel Sacrae Scripturae loca interpretatione explanabant.<sup>61)</sup> Itaque nos etiam orationibus crastinum diem festum, quo nova Gymnasii nostri domus inaugurabitur, celebraturi hodie jam fas existimamus esse, quasi profestas concipere preces, quibus veneremur Deum omnia sustentantem ac moderantem potentiae suae verbo, ut sua tutela suoque praesidio novam hanc mentis palaestram, hoc bonarum artium domicilium sartum tectum ab omni detrimento conservet, ut duplici decore, quo urbi nostrae externa formae pulchritudo, universae patriae honesta studia intus vigentia ornamento sint, hanc domum perpetuo cumulet, ut magistris ani-

morum alacritatem divino auxilio fretam, discipulis discendi cupidinem ex pietate, omnium virtutum matre, natam ideoque morum probitati cognatam semper hic injiciat, injectam benigne nutriat, denique ut eandem hanc domum velit nunquam non esse parentem et altricem verae ac solidae eruditionis, unde non nostra tantum aetas, sed omnium saeculorum posteritas amplissimum et saluberrimum fructum consequatur.

- 1) Edita haec particula est in Programm. Gymnas. Sedinens. 1826. Etsi nunc habeo, quibus olim scripta vel augeam vel corrigam, ipsam tamen de scholae Alexandrinae natura sententiam pervicaciter retineo.
- 2) V. Sam. Basnagii Exercitt. historico-crit. in Baron. Ultraj. 1692, 4. p. 483 — 5. Binghami Origg. ecclesiast. Lond. 1710 — 22, 8. vol. 4, p. 16. 17.
- 3) V. Adnott. in Euseb. hist. eccl. 10, 4. p. 194. (not. 55, ed. Heinich.). Novissimum de Eusebii loco iudicium factum in Homiliarii patristici vol. 1, fasc. 1. Berol. 1829, 8. p. 97 non juvat examinare.
- 4) De Encaeniis conferendi vv. dd. sunt, quos nominat Wolfius in Cur. philol. ad Joh. 10, 22. Copiosissime rem tractat Seldenus de Synedr. l. 3, c. 13. 14. 15. In du Cangii Gloss. ad Scriptt. med. et inf. Latin. T. 3, p. 77. 78. (Paris. 1733, f.) nec temporum neque ecclesiarum diversitas discernitur. Apud Eusebium quidem, ut hoc unum afferam, reliquiarum condendarum, quem post Combefisium du Cangius praecipuum Encaeniorum ritum vocat, mentio nulla fit. Ne pompas quidem ecclesiasticas ante Justiniani aetatem, cum caerimoniarum inanitas nonnisi sensim ac modice cresceret, in consuetudinem venisse crediderim. Cf. Combefisii not. ad incert. auct. de templo S. Soph. p. 280 in Origg. Constant. Par. 1664, 4. et du Cang, Gloss. ad Sriptt. med. et inf. Graec. v. λιστή.
- 5) V. Tract. ejus de spirituali aedificatione domus Dei in Homiliar. patrist. l. l. p. 119, ss. Sunt ibi nonnulla, in quibus cum nupero interprete non consentiam: velut „unius plenitudinis tria membra” p. 123 non ad externae ecclesiae partes referenda censeo, vel propterea quod dicuntur inaeestimabilia. Significat plenitudo potius vel Christianorum, coetum, ut Ephes. 1, 23 (unde τὸ τῆς ἐκκλησίας πληρωμα ap. Dionys. Areopag. d. eccl. hierarch. 3, 2. p. 284. Corder. et saepius) vel, quod multo praestat, cum nulla hic causa sit commemorandi tripartitam Christianorum divisionem in sacerdotes, laicos et catechumenos, dei unitatem, qua tria S.

Trinitatis membra continentur. Cf. Suic. Thes. eccl. T. 2, p. 755 — 56. Deinde „panis cum ligno” haud dubie eucharistiae panis est cum cruce i. e. crucis signo. Eandem crucem modo ipse orator appellaverat lignum in modum Tau litterae prominens. Fluxit haec appellatio ex usu τοῦ ξύλου in N. T. V. interpret. ad Act 5, 30. Schleusn. Lex. in N. T. h. v. num. 5. du Cang. Gloss. ad Scr. med. et inf. Lat. v. lignum. Itaque potest Zenonis locus apponi iis, quae conguessit Augustius in Denkwürdd. aus der Christl. Archaeol. T. 8. p. 280. — Tum „sal et ignis” mihi quidem videtur neque ad baptismum neque ad sacramentum catechumenorum pertinere, sed intelligendus potius de illo igni et sale, quo Marc. 9, 49 quisque dicitur conditum iri: „oleum” autem mihi est ἔλαιον ἀγαλλιᾶσεως Hebr. 1, 9 et „tunica rudis” ἄγραφον εἶκος Matth. 9, 16 sive εἰμάτιον κινὸν Luc. 5, 36 i. e. non candida baptizandorum, sed nova Christianorum vestis, qua depositis veteribus cujuscunque superstitionis pannis induuntur. Denique ne „unus denarius” quidem ad baptismum potest ulla violentia trahi. Est enim δηνάριον istud ex Matth 20, 2. 9. 10. 13 omnibus pariter Christianis per meram dei gratiam et misericordiam datum: de qua interpretatione minime sinunt dubitare ipsius Zenonis verba, quibus sive de mercede quotidie impensa, quam quis libens (non γογγύζων) acceperit, sive de labore, in quo quis perduraverit, loquitur. Quamobrem numisma istud aureum, quod jam irrepsit in Rheinwaldi Archaeologiam eccl. p. 306, ejiciendum inde ut adulterinum, ac, ne longius serpat, delendum est, quum nec „denarius ille aureus triplicis numismatis unione signatus” (l. 2, tract. 45) nummum proprie eusum, sed doctrinam de S. Trinitate significet, quam catechumenus fidei symbolo profitendam a baptizatore accipit „inaestimabiles divitias” in ea possessurus. — Ceterum triumphalis Zenonis sermo similis est Eusebii ἐκινικῶ ὕμνῳ.

- 6) 1. Cor. 3. Ephes. 2. 1. Petr. 2. Aedificationes ibi institutae nituntur omnes lapide, quem ex evangeliiis novimus, angulari (κεφαλῆ γωνίας).
- 7) Quum Eusebius laetissima rerum mutatione, postquam in imperio Romano ex innumeris laboribus ac periculis ecclesia victrix tandem atque triumphans evaserat, elatus ubivis vaticinia, quibus prospere ecclesiae eventura viderentur praedici, ad temporum suorum felicitatem referat καιρίους (καί cum Cod. Fuk. expungend.) τοῖς προκειμένοις συμβόλοις (rebus praesentibus, ex quibus tanquam signis propositis vaticinia explicantur et intelligantur) τὰς προφητικὰς ποιούμενος θεωρίας d. vit. Const. 4, 45: ubi Valesius, quum in θεωρίαις perperam nescio quas visiones quaerat, male vult participium ποιούμενος transponi: haec igitur quum ita sint, temere ei adulationis

crimen infertur a Tzschirnero (de clar. vet. eccl. oratt. in Opusc. acad. a Winzero ed. p. 240) quod Danielis illud: „regnum suscipient sancti Altissimi”, ad Constantinum ejusque filios transferre non erubuerit. Neque majore multo jure Witsius in Miscell. sacr. Amstel. 1700, 4. T. II, p. 361 bonum videlicet virum vituperat, quod de vit. Const. 3, 33 novam illam Constantini Hierusalem prophetarum vaticiniis fortasse praedicatam dixerit.

- 8) Ἡ ὀπλανὴς πίστις opponitur τῇ τῶν εἰδώλων πλάνῃ, τῇ πολυθεῖω πλάνῃ, τῇ δεῖσιδαίμονι πλάνῃ τῆς παλαιᾶς εἰδωλολατρείας. Praep. Ev. I, 3, p. 9. I, 4, p. 11. I, 5, p. 14. Cf. II, 5, p. 69. 70. II, 6, p. 72. al. Appellatur eadem ὕψις, ut Praep. Ev. I, 5, p. 14, quia ὡς ἐν Φαρμακῶν μοίρῃ ad mentis pravitatem animique vitia sananda adhibetur. — Veteres interpretes hic omnes velut in limine jam titubant. Musculus: per alios solum externum murum complexus sinceram fidem communivit, Christophoronus: nonnullis exteriore ambitu muro circumsepsit, hoc est, fide non ficta undique munit, Valesius: hos quidem exteriore dumtaxat cingens muro, id est, firma fide. — De v. περιβολῆς cf. praeter Valkenarium ab Heinichen. not. 34. laudatum Rhoer. ad Porphy. de abst. anim. 2, 54. et J. A. Ernesti Opusc. phil. crit. Lugd. Bat. 1776, p. 350. — αὐτὸ μόνον istud tam frequens apud Eusebium haud omnino recte Valesius explicat ad hist. eccl. 1, 1. V. quae not. 14 ibi addit Heinich.
- 9) Zonaras ad Conc. Neocaes. c. 5: δύο τάξεις ἦσαν τῶν κατηχομένων τὸ παλαιόν· οἱ μὲν γὰρ πιστοὶ ὄντες, ὑπερτιθέμενοι δὲ τὸ βάπτισμα κ. τ. λ.
- 10) V. ejus dissert. de catechess. S. Cyrilli 2, 4, 21. 23. et not. 2 ad procatech 6, p. 9, Prev. Est autem etiam procatechesis oratio ad φωτιζομένους habita. Jam verba κατηχούμενος ἐλέγου, θεοῦ ἰ. e. πιστοῦ προσηγορίαν λαμβάνει (coll. catech. 5, 1, p. 105 Prev.) minime testantur, illuminandum jam accepisse fidelis cognomen, sed in eo esse, ut accipiat: λαμβάνει, non ἐληψε. Idem magis etiam apparet ex catech. 1, 4, p. 26 Prev. λαμβάνει ὄνομα καινόν, ὃ πρότερον οὐκ εἶχες· πρὸ τούτου κατηχούμενος ἦς, νῦν δὲ πιστὸς κληθήσῃ ἰ. e. statim vocaberis, simulac, quod plane jam instat, baptizatus fueris. Denique catech. 5, 1. οἱ ἀπὸ τοῦ κατηχομένου τμήματος εἰς τὸ τῶν πιστῶν μετατιθέμενοι, qui catech. 6, 29, p. 149 Prev. dicuntur οἱ ἐκ κατηχομένων μεταβαλλόμενοι (unde vulgata lectio in catech. 5 firmatur adv. Touttaei μετατιθέμενος) nondum translati sunt, cum stent adhuc ἐν μετοδίῳ procatech. 12, p. 14. Prev. sive ἀκμήν ἐν ζυγῷ proc. 13, sed nunc demum transferuntur in fideium numerum, quamquam aperte iis jam traduntur mysteria Catechumenis tecte significata.

- 11) De canone Neocaesariensi, quem Beveregius Adnott. p. 181 (Synodic. Oxon. 1672, f.) satis in se obscurum dicit, alibi uberius atque accuratius agam. Hic quasi per transennam eum adspiciens strictim moneo, solius interpunctionis ope satis ei lucis allatum iri, nisi si caecutientes interpretes aliorum quoque oculis caliginem offuderint. Cave autem putes quidquam ponderis sive adminiculi ad stabillendam Zonarae auctoritatem accedere a scholio, quod Beveregius l. l. ex codice Amerbachiano profert, hoc: *κατηχομένους λέγει πισούς βαπτίζεσθαι μέλλοντας κ. τ. λ.* Praeter istud initium enim, quod, si recte habet, neque *τούς* legendum est pro *πισούς*, ipso fonte turbidius ex Zonara manavit, transcribitur totidem verbis pars interpretationis a Balsamone factae: quod quomodo Beveregium fugere adeo potuerit, ut persuadeat fibi, canonem inde ex parte perspicuum et apertum reddi, equidem plane non video. Fallitur autem Zonaras etiam in eo, quod auditionis locum, quo peccantes puniebantur, Catechumenorum imperfectioribus tanquam proprium ac perpetuum adsignat, et simul parum sibi constat, cum postremo missis duobus Catechumenorum generibus ab errore deflectat aliquantulum in rectam viam. — Balsamon et Aristenus non modo fidelium nomen Catechumenis non concedunt, sed etiam praeter putidas classes illas, per quas fucum sibi fieri non animadvertunt, cautius versantur in canone interpretando. Nodum tamen a Zonara temere illatum Balsamon minus expediendo solvit, quam dirimit caedendo.
- 12) Not. 51 ed. Hein. Super sedem hic labore quaerendi de narthece et catechumenio, utrum eodem hae voces redeant, tum utrum et Catechumeni et poenitentes et energumeni conducti omnes in unum locum fuerint: quod utrumque Valesius videtur falso opinatus esse.
- 13) Conc. Laod. can. 22: *ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτην ἀράριον φορεῖν οὐδὲ τὰς δίρας ἐγκυαλιμπάνειν. Ζονάρας ad h. c: ἐκάστω ἱερῶ τάγματι ἀπονεύμεται καὶ σολή οἰκία αὐτῶ καὶ ὑψηλοῖα τοῖς γούν ὑπηρέταις, ἥτοι τοῖς ὑποδιακόνοις, οὐκ ἐφεῖται φορεῖν ἀράριον. Balsamon inde docet visum esse τούς ὑποδιακόπους τὰς δίρας τῶν ἐκκλησιῶν κατέχειν κ. τ. λ. Poterat sane Valesius eosdem interpretes etiam canonis 21 laudare, ubi Zonaras jam: ὑπηρέτας τούς ἐποδιακόπους λέγει (ὁ κανὼν), Balsamon: ὑπηρέται λέγονται οἱ ὑποδιάκονοι.*
- 14) Verba sunt: τὸν ὑπηρέτην εἰς διακονίαν τούτων εἶναι προσήκει.
- 15) *Εἰ τις ἐπίσκοπος ἐξ ἑτέρας παροικίας βουληθῆ ἀλλότριον ὑπηρέτην χωρὶς τῆς συγκαταθέσεως τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου εἰς τινὰ βαθμὸν καταστήσει, ἄκυρος καὶ ἀβέβαιος τοιαύτη ἢ κατάστασις νομίζεται.*
- 16) V. Grot. ad Luc. IV, 20. J. Buxtorf de Synag. Jud. c. 10. (Ed. 3, p. 188). Vitringa de Synag. vet. l. 3, c. 2. 4.

- 17) Optati loca jam excitat Cotel. ad Constitt. ap. 2, 25, 13.
- 18) Bingham Orig. eccl. V. 2, p. 9, not. 1. Cf. Joann. Cabassutii Notit. eccl. p. 327 (Ed. 3. Lugd. 1690, f.)
- 19) Bingham 1, p. 163 — 4. du Cang. Gloss. v. minister. In Lactantii, qui dicitur, libro de morte persec. c. 15. Nicol. Le Nourry Dissert. p. 241. Paris. 1710, 8. recte quidem e Cod. Colbert. conjecit legendum esse „ac confessione” pro „ad conf.” (non, ob conf., quamquam Bunemannus hoc non displicet: nam si vel sola confessione fidei tenerentur Christiani, aliquo certe modo probatum crimen fuisset) perperam tamen verba „cum omnibus suis” explicat per alios inferiores ecclesiae ministros. Melius intelliguntur presbyterorum et ministrorum domestici, sicut cap. anteced. Diocletianus traditur omnes suos jussisse excarnificari, et init. c. 15. saevisse in domesticis. Etiam subsequentes domestici frustra torquent interpretem, qui nescit, quo se vertat. Sunt procul dubio familiae hominum ad exustionem raptorum. Cf. Eusebii hist. eccl. 8, 2 *τοὺς ἐν οἰκείαις*, quos, etsi Moschemius suae causae patronum habet Rufinum, omnium tamen optime videtur Strothius intellexisse. V. not. 9 ed. Hein.
- 20) Ἱππητάς τοὺς ὑποδιπόνους εἶναι Φασί.
- 21) V. J. Bonae rer. liturg. 1, 25, 17. (Opp. Antv. 1739, f. p. 301.)
- 22) De eccl. hierarch. 3, 2 (Ed. Corder. Antv. 1634, f. p. 284.): τῶν λειτουργῶν δὲ οἱ μὲν ἐστῶσιν παρὰ τὰς τοῦ ἱεροῦ πύλας, οἱ δὲ ἄλλοι τι τῶν τῆς οἰκείας τάξεως ἐνεργῶσι (ad quae alia pertinet etiam S. S. lectio, quam διὰ λειτουργῶν fieri modo dixerat) οἱ δὲ τῆς λειτουργικῆς διακοσμῆσεως ἑκκεῖται cum sacerdotibus altari imponunt sacrum panem et benedictionis calicem. Cf. 5, 1, 6. ubi liturgorum ordinem ταῖς ἱεραῖς ἐφίθησι πύλαις ἢ ἱεραρχικῆς δεσμοδεσιᾶ τὴν πρὸς τὰ ἱερά τῶν προσιόντων εἴσοδον ἐν ταῖς παντελεσί κατάρσεσιν αἰνισσομένη κ. τ. λ. Utrumque locum Maximi scholia paulo accuratius exponunt quam Pachymerae paraphrasis. Quod reliquum est, fuisse jam olim viros doctos, qui in canone Laod. cum Gratiano quoscumque ecclesiae ministros ipsosque diaconos communi Ἱππητῶν voce comprehensos esse contenderent, Vitringa l. I. refert ex Casp. Ziegleri libro de diaconis c. 8, 20.
- 23) Can. 20: (ὅτι) ἔχου τιμὴν (δεῖ) καὶ τοὺς διακόνους ὑπὸ τῶν Ἱππητῶν καὶ πάντων τῶν κληρικῶν  
Can. 22: ὅτι οὐ δεῖ Ἱππητὴν ἀράριον φορεῖν. Can. 23: ὅτι οὐ δεῖ ἀναγνώστου ἢ ψάλτου ἀράριον φορεῖν. De orario v. Bingham 1, p. 276. 2, p. 14. 5, p. 253 — 4. Cf. praeter Suicerum et du Cangium Bevereg. Adnot. p. 195 — 6. Vitring. l. I. 3, 2, 22. Bon. l. I. 1, 24, 7. Octav. Ferrar. Anall. de re vest. Patav. 1670, 4. p. 51 ss.

- 24) Can. 24: Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἀπὸ πρεσβυτέρου ἕως διακόνου καὶ ἕξῃς τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως ἕως ὑπηρετῶν ἢ ἀγνωστῶν ἢ ψαλτῶν ἢ ἰφορικῶν ἢ θυρωρῶν ἢ τοῦ τάγματος τῶν ἀσκητῶν εἰς κατηλιῶν εἰσεῖναι. Verba ἕως ὕ. ἢ. ἀ. κ. τ. λ. possunt verti: usque ad ministros, qui sunt vel lectores vel cantores etc.
- 25) V. not. 13. Ex Zonara et Balsamone iterum Matthaeus Mon. in synt. alph. περὶ ὑπηρετῶν ἦτοι ὑποδιακόνων: qui si praeterea subdiaconos nobis narrat etiam θεραπευτάς nominatos fuisse, in medio hoc relinquimus.
- 26) Constt. ap. 8, II. 21. coll. can. ap. 43 et Ignatii quae fertur ep. ad Antioch. n. 12 (Patr. ap. ex recens. J. Clerici ed. 2 p. 107). De petitione principii, ut vocant, vix quisquam hodie hic ausit loqui praeter Augustium (Denkwürd. V. 11, p. 226), quem minus miramur ipsum non descendisse in quaestionum salebras de gravi, quam ementiuntur libelli isti, auctoritate, quam non animadvertisse, quod in Constt. ap. 2, 25, ubi omnes Clericorum ordines nominatim enumerantur, subdiaconorum nec vola nec vestigium appareat: unde novum simul argumentum peti potest illius sententiae, quae octavum Constitutionum librum in seriore etiam quam reliquos libros aetatem rejiciendum censet. Cf. O. Krabbe über den Ursprung und den Inhalt der ap. Constt. des Clemens Rom. Hamb. 1829, 8. p. 232. ss. Neque rationem Augustius habuit eorum, quibus jam Binghamus, a cujus tanquam fonte rivulos suos deducit, cum subdiaconi ne quarto quidem saeculo manus impositionem acciperent, probavit, non posse eorum ordinem ab apostolico tempore originem traxisse. V. 2. p. 11 — 12. Quamquam minime negaverimus, ex eo, quod omnium patrum primus Cyprianus subdiaconos commemoraverit, non effici neque ut ipsius demum aetate fuerint constituti, quae opinio Beveregii est in adnot. ad Conc. Antioch. p. 191, neque, quod Habertum dicunt voluisse, ut Latini habeantur nominis auctores, cum ipsa hypodiaconi vox, qua Cyprianus ubique et qui ad eum scribunt Lucius et Felix in epp. 78 et 79 utuntur (in sola ep. 8. Pam. 3. a clero Romano scripta subdiaconus nobis occurrit) satis aperte videatur Graecam stirpem prodere.
- 27) Opp. T. 1. p. 658 ed. Commelin. καὶ γὰρ καὶ τοὺς Σκύθας μιμούμενοι ἤρπασαν Ἐντύχιον ὑποδιακόνον, ἀνδρα κελῶς ὑπηρετοῦντα τῇ ἐκκλησίᾳ. Locum hunc non esse ex Athanasii epist. ad solitariam vitam agentes, quae solita clausula terminetur p. 627., sed ex fragmento operis alicujus ἀκεφάλου, recte jam monuit Petr. Felckmannus in append. p. 71. Etsi autem dubium est, num hoc opus ipse Athanasius exaraverit, majore tamen fide hic quam alibi primam Graecam subdiaconorum mentionem non ut recens in ecclesia Alexandria, sed ut usitato more creatorum invenimus.

- 28) V. Bon. rer. lit. 1, 25, 16. Bingham. 2, 12 — 13. August. I. I. Ne quis autem putet, huic officio adversari canonem Laodicenum 21: *Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτας ἔχειν χύτρας ἐν τῷ διακονικῷ ἢ ἀπτέσθαι τῶν ἱερῶν σκευῶν*, jam satis interpretando cavertunt Zonaras et Balsamon, eosque non male intelligit Bingham. I. I. p. 12., nisi quod vetere canonem ait „to touch the holy vessels, meaning at the communion-table”, cum Zonaras potius doceat, ne licuisse quidem subdiaconis vasa deferre ad altare. Verbum enim *προσκομίζειν*, quo utitur, nolim de sacris oblationibus accipere, quas proprie dici *προσκομιδᾶς* non ignoro (v. Suic. h. v. T. 2. p. 857). Quid Balsamonis *μετάθεσις* sibi velit, ipse explicat ad Conc. Carth. can. 28., ubi subdiaconorum dicit fuisse τὸ μετακινεῖν (τὰ ἱερά) ἀπὸ τόπου εἰς τόπον. Ceterum utrumque et Zonaram et Balsamonem τὸ διακονικόν falso interpretari de diaconorum munere et officio, jam notavit Suicerus h. v. T. 1. p. 862 — 3. Idem vero si ipsum Zonaram arbitratur secretarii locum agnoscere ad Conc. Carth. can. 28., prorsus fallitur. Nam tantum abest, ut ullam ibi loci det significationem, ut totum canonem Laod. iterum unice referat ad diaconorum munus, quo prohibeantur subdiaconi. Cum autem sacra istius canonis vasa semel intellexisset de patena et calice propter instans sacrificium jam pane et vino repletis, ut idem ferè valeret, ac si ipsum Christi corpus memoraretur, quod subdiaconis nefas esset contingere, non poterat sane, quin, cum Carthaginensis canon eos dicat τὰ ἱερά μυστήρια ψηλαφῶντας, repugnare haec videret Laodicensi. Hanc tamen repugnantiam, quam Zonaras ex singulari Africanæ ecclesiæ consuetudine fortasse ortam esse existimat, equidem maluerim errori cuidam tribuere, qui undecunque vel in sententiam Aurelii episcopi vel certe in verba ejus, ut hodie leguntur, irrepserit. Provocat enim Aurelius ad variorum conciliorum decretum de clericorum in matrimonio continentia, idque decretum haud dubie non aliud est, quam quod ex ejusdem Aurelii sententia canone hujus concilii quarto factum videmus in τοὺς τὰ ἱερά ψηλαφῶντας. Ceterum apparet simul, Zonaram quidem τὰ ἱερά μυστήρια non aliter ac debebat accepisse neque vasa inania foris petenda, sed adhibita jam in sacra coena sive ipsum altaris sacramentum intellexisse. Balsamon autem mysteriis, quæ ad canonem Carth. 20 invito Zonara non ausus erat sua potestate privare, hic plane neglectis neque perspecta, in qua ille haereret, difficultate in animum inducit omnem repugnantiam tollere commentitia ac ficta verborum ψηλαφῶν et ἀπτέσθαι distinctione: quæ si quid omnino discriminis haberent, vereor ne contra prorsus, ac vult Balsamon, hoc esset exponendum. In verbis Conc. Trull. can. 13: ὡς τοὺς ἐποδιακόνους τοὺς τὰ ἱερά μυστήρια ψηλαφῶντας mendum litura erit corrigendum. *Mysteria*



enim non a Zonara neque a Balsamone agnoscuntur explicantibus verba illa per τὰ ἱερά μεταχειριζομένων i. e. τ. i. σκηνῆ, quae Zonaras etiam ad can. Laodic. 21. simpliciter τὰ ἱερά vocat. Neque in Conc. Carth. can. 4, ad quem diserte respiciunt patres Trullani, μυστήρια leguntur. Quare obliterandam vocem censemus, nec quidquam movemur Balsamonis repetitione ad can. 43 μὴ μεταχειρίζεσθαι τὰ ἁγία μυστήρια, quae verba videtur quamquam satis perplexe loquens ad ipsam sacram coenam referre voluisse. — Sed in disceptationem hic praeter alia vocandum etiam tempus est, per quod custodiendis portis operam dederint subdiaconi. Ut breviter dicam, quod sentio. Subdiaconi, sicubi omnino fungebantur janitorum munere, mihi quidem videntur non nisi dum sollemnes in ecclesia preces fundebantur et celebrabatur s. eucharistia, ad fores adstitisse, idque probo argumentis fere his: primum quod ipsi canones Loadiceni, modo ministri eorum pro subdiaconis habendi sint, satis plane et perspicue hoc indicant. Habent autem canones illi quandam continuationem seriemque rerum, ut inter se apti et colligati semet invicem illustrent. Cum enim, tametsi ἡ ἐκκλησία οὐκ ἀναξίως ἀπὸ εὐταξίας ἐστὶ διδασκαλείον (Const. ap. 8, 31), subdiaconi tamen post comportatam fortasse e magno diaconico in diaconicum bematis suppellectilem sacram (v. Bingham. V. 3. p. 211 — 12. 22 — 2 Bon. rer. lit. 1, 24, 2) non se contineret amplius in officio sibi demandata, sed paulatim diaconorum quocque munera et peterent arroganter et vero etiam sibi assumerent eaque de causa non adspirarent tantum in diaconicum interius, sed etiam se intruderent atque inde vasa „veneranda penu” jam repleta improbis manibus attractantes ad altare deferrent, vetuerunt patres Laodeceni c. 21, ne locum haberent in diaconico neve vasa sacra contingerent. Jam cum ista in insolentia non acquiescentes in alienam porro involarent possessionem atque orario amici ex Chazzanum in Synagoga more sollemnum precationum saltem signum darent deserta iterum suo custodiendi officio, iidem patres, ut hanc quoque licentiam iis praeciderent, can. 22 sanxerunt, ne orarium gestarent neve ostia relinquerent i. e. post lectam et expositam S. S. quo tempore preces essent per orarii signum provocandae. Denique cum de statione discederent non ut signum tantum precandi darent, sed ut ipsi etiam, id quod diaconorum erat, preces conciperent, etiam hanc temeritatem coercentes ac refractantes patres decreverunt, ut subdiaconi ne ad breve quidem tempus fores relinquerent et orationi vacarent. (In transcurso moneo, Suicerum v. ἑπελάτης T. 2 p. 1381 pro καὶ τῆ εὐχῆ σκολάζειν falso legere ἀλλὰ τ. ε. σ). Videmus hinc subdiaconos a quovis ministerio altari faciendo et a concipiendis publice in ecclesia pre-

cibus prohiberi, propterea quod per illud tempus, quo utrumque rite perageretur, ostiorum custodia iis esset injuncta. Quodsi inde concludimus, prius quidem i. e. a primo statim sacrorum conventuum initio iis non fuisse custodiendi officium impositum, approbatur hoc auctoritate Zonarae, qui ad can. Laod. 22 τὸ πάλαιον, inquit, (οἱ ὑποδιάκονοι) περὶ τὰς θύρας ὑπερέβησαν τῶν ἐκκλησιῶν ἐκβάλλοντες τοὺς κατηχομένους καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ, ὅτε ἴδεν. Nonne patet inde, operam eos dici tunc demum circa ostia praestitisse, cum et catechumeni et poenitentes post preces opinor pro iis adhibitas, quarum tempore subdiaconi jam locum suum ad portas obtinebant, emittendi essent? Idem ad can. 43 subdiaconis ait non licuisse ἐν τῷ τῆς λειτουργίας καιρῷ (v. Suic. h. v. T. 2 p. 220) a foribus discedere (unde Aristenus: ἀφείλουσι μέχρι τέλους τῆς θείας μυσταγωγίας ἐκῆσαι ἱερωσθαι et preces interdictas intelligit eas, quae in sacra coena a solis sacerdotibus solerent fieri: utrumque nimis restricte, ut mihi quidem videtur, quamquam idem docent Constt. ap. 8, 11, ubi subdiaconi jubentur ἵστασθαι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν θύρας, ὅπως μὴ τις ἐξέλθῃ, μήτε ἀνοίχῃ ἢ θύρα κἂν πιστός τις ἦ, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναφορᾶς: quod ne puta discrepare plurimum a Constt. ap. 2, 57, ubi diaconissae ad mulierum introitus statuuntur. Quare post missam demum concionem fores eos clausas habuisse atque observasse, ne ultro citroque commeantium importunitate coenae dominicae obstreperetur, probabile est. Balsamoni quidem (ad can. 22) si eredimus, subdiaconorum erat et introducere et educere catechumenos ac poenitentes (εἰσάγειν καὶ ἐξάγειν κατηχομένους καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ), quibus ad c. 43 etiam reliquos (καὶ τοὺς λοιπούς) addit. Sed auctoritatem ejus, ubicunque a Zonarae diligentia recedat, satis tenuem esse, vix quisquam infitias iverit. Neque e longinquo arcessenda argumenta sunt, quibus suam ipse fidem infirmare atque elevare demonstratur. Subdiaconos enim in portarum custodia collocatos fuisse per sacrae communionis tempus (κατὰ τὸν τῆς λειτουργίας καιρὸν), hoc quidem fidenter ex Zonara transscribit: at si de suo causam addit, cur id ita institutum fuerit (χαρὶν τοῦ εἰσάγειν τε καὶ ἐξελθ. κ. τ. λ.), iterum sua ipsemet vineta, ut ajunt, caedit. Nam id certe in vulgus notum est, nec catechumenos nec poenitentes interfuisse mensae sacrae mysteriis: quae dum celebrabantur, ne fidelibus quidem aperiri ecclesiarum portas fas fuisse diserte tradunt Constt. ap. 8, 11. Ejusdem inconsiderantiae atque incuriae, qua distincte a Zonara atque ordine exposita permiscendo ac confundendo temere effudit, statim aliud dat documentum. Intacta enim relinquam verba ὅσοι πιστοὶ, δηλονότι οἱ — μὴ πιστοὶ, ἀλλὰ κατηχομένοι ὄντες, ab oscitante et dormitante fortasse librario interpolata. Sed cum Zonaras adnotasset non mirum esse, quod subdiaconi non amplius circa portas occu-

parentur, quoniam pro antiquis multis (pro *παλαιῶν* leg. *παλαιῶν*) alii paulatim mores in ecclesiis invaluisent, eamque conversionem exemplo illustrasset anagnostarum, quibus olim legendi S. S. negotium datum esset, jam psallendi daretur, quid inde Balsamon? Ubi suo modo repetivit formulam, qua ipsius adhuc aetate subdiaconi egredi catechumenos juberent, morum mutatione ne verbo quidem commemorata sic pergit: *ὁ μόνον ταῦτα τὰ προνόμια τούτοις ἐδόθησαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς λοιποῖς τάγμασι· τοῖς γὰρ ἀναγνώσταις διακονία ἐδόθη οὐχὶ τὸ ψάλλειν, ἀλλὰ τὸ ἀναγινώσκειν τὰς θείας γραφὰς ἐπι κωνῆ ἀκροῦσαι καὶ τοῖς ψάλλταις τὸ ψάλλειν.* Taedet sane tam ineptas atque indigestas sordes excutere. Quare cum passim futilitatis ac levitatis plena satis incondite fundat, quod, si id hoc loco ageretur, haud difficile esset ad probandum, quis est, qui nolit in sententiam ire Joannis episcopi censentis, quaecumque Balsamon de canonibus ecclesiasticis conscripserit, ea esse *οὐκ ἐκ τῶν πᾶν ἀκριβείας ἐχόμενα, ἀλλ' ὡς περὶ ἐκ λήθης μάλιστα καὶ παρορᾶσεως πρὸνόντα* (v. Bevereg prolegg. ad Synodic. p. XII)? qui nolit etiam nostra in causa fidem illi eo magis abrogare, quod etiamsi subdiaconos jam inde a principio, non post missam demum catechumenorum concionem in portarum custodia poneremus, tamen, cum canon Laod. 43 istius officii necessitatem tam arcte adstrinxerit, ut ne ad exiguum quidem tempus concessam inde decedendi licentiam haberent, certe non admodum credibile videatur, ab hac necessitate adeo eos se relaxasse, ut intrantes in aedes sacras ad suum quemque locum deducerent.

- 29) De subdiaconis legatis v. Dodwell. dissertt. Cypr. 6, 12. 13. Cf. Koch. de legationibus eccles. vett. Christianorum c. 4 (Jen. 1747, 8).
- 30) Dodwellus l. l. 11. hoc vult colligere ex Cypriani epist. 29 (Pam. 24), ubi: „Fecisse me sciatis, inquit, lectorem Saturum et hypodiaconum Optatum confessorem, quos jam pridem communi consilio clero proximos feceramus, quando aut Saturo die Paschae semel atque iterum lectionem dedimus, aut modo, cum presbyteris doctoribus lectores diligenter probarem, Optatum inter lectores doctorem audientium constituimus.” Non posse hic, haud secus ac lectionem Saturo semel atque iterum permissam, doctoris munus Optato fuisse „futuri officii praeivium experimentum,” vel inde liquet, quod constitutum jam doctorem Optatum legimus, cum adhuc esset e lectorum numero. Quocirca non dubitamus, quin Fellus locum rectius exposuerit. Unde Augustius autem (V. 9, p. 431) didicerit, lectorem semper pro doctore audientium fuisse habitum, nescimus. Certe enim Cypriani loco contrarium potius probatur.

- 31) Euseb. hist. eccl. 6. 43. Cornelli verba videntur omnino de tota catholica ecclesia valere, in qua ait esse ὑποδικιόνους ἑπτὰ ἔξοριστάς δὲ καὶ ἀναγνώστους ἅμα πηλωροῦς δύο καὶ πενήκοντα.
- 32) Aptius ad totam imaginem atque magis congruenter nobis quidem videretur Eusebius locutus esse, si columnas dixisset non a Christianis tanquam basi aliqua suffultas, sed ipsas factas e Christianis, qui subtus fulciendo porticus sustinerent. Quae tamen sit mens ejus, neminem praeterit.
- 33) De v. προκοπή cf. praeter Schleusn. Lex. in N. T. Rhoer. ad Porphy. d. abstin. anim. 2, 52.
- 34) Quid de quadripartiti seu quadriformis evangelii causis veteres jam ante Eusebium patres somnauerint, notum vel ex Fabricii Codice apocr. N. T. 1, p. 382 ss. est. Ad similitudinem quamdam nostri loci accedit ratio, quam ibi Irenaeus (3, 11, 8) explicat, cur quatuor velut columnas evangelium habeat. Legendum autem in loco ejus ex Grabii emendatione εἰκὸς ἐστὶ τέσσαρας ἔχειν potius, quam cum Massueto εἰκότως τέσσαρας ἔχουσαν ἔχειν, quod neque cum sententiae nec cum orationis tenore satis convenit: nisi forte praestat deleta copula simpliciter εἰκὸς ut ex mala sequentis syllabae repetitione in εἰκότως corruptum. Fabricius l. l. not. p. non meminerat, Origenem jam multo ante S. Maximum quatuor evangelia comparasse cum quatuor mundi elementis atque ex his illorum quaternionem duxisse. Verba ejus sunt in Joh. T. 1, 6. p. 5. C. Huet. ἐγὼ δ' οἶμαι, ὅτι καὶ ἃ ὄντων τῶν ἐναγγελιῶν, οἷοσι σοιχείων τῆς πίστεως τῆς ἐκκλησίας, ἐξ ἧν σοιχείων ὁ πᾶς συνέστηκε κόσμος ἐν Χριστῷ καταπαύεται τῷ θεῷ κ. τ. λ.
- 35) Sunt iidem quos Origenes ἐπὶ τοῦ ὀρθοῦ ἐσῶτας vocat Hom. 12, in Jerem. p. 117. C. Huet. qui non τὰ ἀποδρόντοια καὶ μυστικώτερα in S. S. intelligunt, sed τὰ αὐτόθεν χρησίμα καὶ χωρὶς ἐρμηνείας δυνάμενα ὠφελεῖσθαι auribus percipiunt ibid. p. 123. C. qui ex fontis scatebra, non ex profundiore puteo hauriunt Hom. 18 in Jerem. p. 166 C. simpliciores ipsi in Matth. T. 11, p. 206. B., T. 16 p. 412 A. non similes herbariis illis, qui sciunt uti τῇ δυνάμει τῶν γραμμάτων Hom. 39 in Jerem. p. 199 C. (cf. Cyrill. catech. 6. p. 157 Prev.), sed nuda litterae τῷ γραμματι φιλοῦντες credentes ut γραμματεῖς, qui ignorant τὸ τροπολογεῖν et τὰ τῆς ἀναγωγῆς τῶν γραφῶν s. τηρουμένης τῆς κατὰ τὰ λεγόμενα ἱστορίας τῆν ἐπὶ τὰ πνευματικὰ ἀπταιστον ἀναγωγὴν in Matth. T. 11. p. 218 E. 219 A. B. C. quibus Christus nuntiatur in stultitia praedicationis habetque ut εἰσαγομένους formam servi in Matth. 12. p. 290 D. qui lac tantum doctrinae bibunt ibid. p. 292. Christum in evangeliiis ἀπλούτερον et κατὰ σάρκα cognoscunt, quibus in

excelsum transfigurationis montem non assumtis vestimenta ejus i. e. λέξεις καὶ γράμματα τῶν εὐαγγελίων candida non facta sunt ibid. p. 297 D. p. 298 A. denique qui τῇ πρὸς τὸ γράμμα ἀναγνώσει (Clem. Ab. Strom. 6 p. 679. B) non eo processerunt intelligentiae, ut possent τὸ σωματικὸν s. αἰσθητὸν εὐαγγέλιον μεταλαβεῖν εἰς πνευματικὸν in Joh. T. 1 p. 9 E.

- 36) Catech. ad illum. 5. p. 114 Prev. n. 12 p. 78 Toult. Τὸ πᾶν δόγμα τῆς πίστεως continet ἐκ πάσης γραφῆς τὰ καιριώτατα συληχθέντα s. ἐν ὄλοις ἡμέραι πάσαν τὴν ἐν τῇ παλαιᾷ καὶ καινῇ (γραφῇ) τῆς εὐσεβείας γνώσιν: vocatur etiam πίστις διδασκαλία et πίστις simpliciter non ad hominum arbitrium composita, sed ἐκ πάσης γραφῆς ὀχυρωμένη. Comprehendebatur memoria primum ipsa fidei formula, deinde autem excipiebatur κατὰ τὸν δόντα καιρὸν ἢ ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν περὶ ἐκάστου τῶν ἐγκειμένων σύτασις. Id quatenus fieri poterit, hujus certe loci non est diligentius anquirere. Tradebatur illa πίστις ἁγία καὶ ἀποστολική εἰς ἐπαγγελίαν (cat. 18. p. 501 P. n. 32. Toult.) non litteris consignata, sed memoriae ore mandata ac memoriter iterum ad verbum recitanda s. profitenda, ut caveretur, ne quis catechumenus tradita exaudiret, cat. 5 l. l. Unde constat hanc traditionem ad arcani disciplinam pertinuisse, quae quam late patuerit in vetere ecclesia, docte pariter ac copiose expositum a Tentzelio adversus Schelstratium est in Exercitatt. select. part. post. Explanavi haec paulo diligentius, ut demonstrarem, vel uno Cyrilli loco miros errores recentiore memoria de symboli apud veteres Christianos usu deque S. S. fidei fonte et capite repetitos commode coargui. Cf. Augusti l. l. V. 6 p. 410 ss. ubi tamen praeter alia parum accurate disputata etiam hoc vereor ne falso prodatur, non deesse argumenta atque indicia, quibus ostendatur, fidei formulam per litteras quoque catechumenis fuisse impartitam. Valesius certe ad Socratis hist. eccl. 1, 8, et 3, 25, ubi recte explicat vocem μάθημα de fidei formula usurpatam (ut Cyrill. cat. 4. p. 70. Prev. n. 2 Toult. τὸ τῶν δογμάτων μάθημα) nihil ejusmodi docet, neque si ad Theodorit. h. e. 1, 8 adnotat, γράμμα quoque et γραφὴν eandem potestatem habere, debebat inde Binghamus V. 4. p. 69. velle efficere, ut significarent „here those words only in a common sense letters or learning and so are used as the foregoing word μάθημα with a peculiar reference to the learning of the catechumens.” Scriptis verbis concipiebantur formulae, cum fidei articulis jam in contentione positus vel tota concilia ut Nicaenum cogere litteris persequi et conficere, quid credendum decernerent, vel aliqua clericorum pars enucleate expromere, cuinam fidei subscribendum sibi putarent. Talia scripta γράμματα s. γραφὰς vocari, quamquam Suicerus in Thesaurο eccl. hanc vocum signi-

ficationem omisit, dubitari nequit. — Ad symbolum Hierosolymitanum nonnulla utiliter conguessit Touttaeus in Observatione appendicis loco quintae Cyrilli catechesi adjuncta. Eidem tamen minime adsentior in not. 3 ad cat. 5, p. 77 affirmanti, verba ἐπαγγέλλειν et ἀπαγγέλλειν (in libris mss. passim confusa, v. d'Orville ad Charit p. 451 ed. Lips.) promiscue usurpari. Primum in eo fallitur, quod activam verbi ἐπαγγέλλειν formam confundit cum media, quae unice hac pertinet. Deinde non attendit discrimen, quod vel e solo Cyrillo ita licet statuere, ut ἀπαγγέλλειν πίσιν sit fidei verba aut praeire alicui, quo memoriter ea ediscat, aut recitare, quo qui jam didicit, memoria se ea tenere probet. Alterum magistri, alterum discipuli est. Ἐπαγγέλλεσθαι πίσιν autem dicitur de eo, qui recitando profitetur, se credere iis, quae fidei formula complectatur: unde pendet simul differentia inter τὴν ἀπαγγελίαν et ἐπαγγελίαν. Quod si recte hoc discrimen constituerimus, Cyrilli loca inde dijudicanda erunt ita, ut cat. 5 p. 114 Prev. n. 12 Toutt. pro πίσιν δὲ ἐν μαθήσει καὶ ἐπαγγελίᾳ κηῆσαι legamus ex cod. Roe et Casaub. π. δ. ε. μ. κ. ἀπαγγ. κτ. quod nisi se ipsum per se tueretur, cum fidei cognitio non professione, quae partae demum scientiae testimonium est, sed ediscendo et recitando comparetur, plane confirmaretur verbis subsequentibus, ubi Cyrillus vult discipulos fidei dogma ἐπ' αὐτῆς τῆς λέξεως μνημονεύσαι καὶ παρ' ἑαυτοῖς μετὰ πάσης σπουδῆς ἀπαγγέλλαι (differt privata haec recitatio ab ea, quam canones Conc. Trull 78 et Laodico 46 jubent τοὺς φωτιζομένους τῇ πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδος ἀπαγγέλλειν τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέρου). Cf. cat. 18, p. 490 Prev. n. 21 Toutt. ubi recte Touttaeus: Ἐφ' ἑμῶν ἀπαγγελέσθω καὶ μνημονεύσθω. Jam cum item recte ibid. n. 22. T. legatur τῆς δὲ ἀπαγγελομένης πίσεως, quae fides non alia est, nisi antegressa modo ἢ τῆς πίσεως ἐπαγγελία ὑμῶν ἢ ἡμῶν βηθεῖσα, legendum etiam cat. 15 p. 361 Pr. n. 2. T. τὰ τῆς πίσεως τῆς ἀπαγγελομένης Ἐφ' ἡμῶν νῦν: neque dubito, quin itidem cat. 18 p. 501 P. n. 31. T. legendum sit ἥτις ἐστὶ τῶν ἀπαγγελομένων ἐν τῇ πίσει το τελευταῖον δίδαγμα: quamquam noluerim negare, τὰ ἐπαγγελομένα posse significatione passiva referri ad ea, quae fidei professione continentur, ut in Eusebii verbis (Praep. ev.\*1, 1 p. 4) τεκμήριον τῆς ἐν τοῖς ἀπαγγελομένοις ἀληθείας, similiter atque de philosophiae professione τὸ ἐπάγγελμα dicitur 1, 5 p. 15. Cf. Suic. Thes. eccl. v. ἐπαγγέλλομαι T. 1. p. 1157. Vocem ἐπαγγελίας autem de re promissa etiam intelligi nemo nescit, qui N. T. usum vel primoribus labris gustavit. Quapropter Touttaeo in cat. 5. n. 11 pro μισθοδοσία τῶν ἐπαγγελιῶν manifestum libriorum errorem μ. εὐαγγελίων potuisse arridere, vix cuiquam credibile videbitur.

37) Quid mystica hic dogmata valeant, brevi poterit expediri. Sicut enim Eusebius h. e. 1, 2 Mosen ait non αὐτὰς ἐναργεῖς τὰς μυσταγωγίας tradidisse sed εἰκόνας καὶ σύμβολα συμββύτου τινὸς μυσικοῦ καὶ περιτομῆς ἰτέρων τε μυσικῶν (Rob. Stephani νοητῶν glossam sapit) θεωρημάτων εἰσαγωγίας, et sicut μυσικὴν οἰκονομίαν Praep. ev. 1, 1, p. 4 reddit per κρῦβιον καὶ ἀπόβροχτον οἶνον in Demonstr. ev. 5, 1, 258 (unde firmamentum simul accedit lectioni ὁ τῶν ἀβρόχτων διδάσκαλος pro ὁ τ. ἀρετῶν d. in h. e. l. l.) ita ubivis mysticum vocat id, quod non tanquam solido corpore, sed adumbrata imagiae exprimitur, cujus significatio non in promptu est, sed recondita cernitur ratione, quod externa quadam similitudinis specie abditam et retrusam sententiam tegit non perspicendam, nisi theoriae sive anagoges ope. Sic intelliguntur μυσικαὶ γραφαὶ θεολογίαι h. e. l. l. μ. διακονίαι 10, 3 μ. προφήτεια in oratione nostra, μ. ἄντρα d. vit. Const. 3, 41. 43. μ. ἱερουργίαι 4, 45. quae num de precibus sollemnioribus explicari queant cum Wernsdorfio (v. Heinich ad h. l.), vehementer dubito. Similiter Origenes τὰ μυσικὰ πρᾶγματτα opponit τῷ ψιψ τοῦ γράμματος βουλήματι in Matth. T. 12, 43. p. 303 A. Huet.

38) Praep. ev. 12, 4 p. 573 — 6. 1, 5 p. 14 — 16. In libr. 1, 1 p. 4 pro βαρυτέρων δογμάτων κατανήσιν non dubitanter corrigo βαρυτέρ. d. κ. Imbecilliores Christianos Eusebius in duas classes videtur dividere etiam in Praep. ev. 1, 8 p. 29, ubi dicuntur Christi discipuli ad magistri nutum doctrinam multitudinis auribus accommodantes ὅσα μὲν ἄτε τὴν ἕξιν διαβεβηκόσι πρὸς τοῦ τελείου διδασκάλου παρηγγέλιτο, ταῦτα τοῖς εἰσὶς τε χωρεῖν tradidisse (παρεδίδου error typographicus est pro παρεδίδοσαν) ὅσα δὲ τοῖς ἔτι τὰς ψυχὰς ἐμπαθεῖσι καὶ θεραπεύεισι δεομένοις ἐφαρμόζειν ὑπελάμβανον, ταῦτα συγκριόντες τῇ τῶν πλειόνων ἀσθενείᾳ (cf. Chrysost. de sacer. 6, 4) τὰ μὲν διὰ γραμμάτων, τὰ δὲ διὰ ἀγράφων θεσμῶν φυλάττειν tradidisse. Equidem enim putaverim γράμματα hic S. S. vel evangeliorum potius litteras esse, quas aliis cederint legendas, ἀγράφους θεσμούς autem fidei formulam et fortasse ὁρθὰς δόξας περὶ θεοῦ προνοίας καὶ περὶ ψυχῆς ἀθανασίας καὶ περὶ τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου (Praep. ev. 1, 5. p. 15), quibus alios ore tantum imbuerent. Pro τὴν ἕξιν διαβεβηκόσι erat cum legendum suspicarer τ. εἰ. διαβεβηκώσι. Sed jam dudum dimota suspicio est. Similiter οἱ τὴν ἕξιν προβεβηκότες Praep. ev. 12, 1 p. 574. cf. Heinich. not. 20 et in Indice v. ὑποβαίνειν. Sunt igitur τ. εἰ. διαβεβηκότες iidem, quos ipse Eusebius l. l. 1, 1. p. 4 appellat ἐνδένε (ex elementis) διαβεβηκότες καὶ τὴν ἕξιν ἴδη κατεσκευασμένους, Origenes Hom. 18. in Jerem. p. 181 E. Huet. διαβεβηκότες τὴν παισινὴν ἡλικίαν in Matth. T. 11, p. 213 E διαβάντας ἐπὶ τὴν τελειότητα. De simplici βεβηκός, quod firmum et stabilem significat, unde bis in oratione nostra λίθοι βεβηκότες,

cf. Valck. et Wessel. ad Herod. 7, 164, et, quem Valcken. laudat, Hemsterhus. ad Lucian. (T. 2 p. 385. Lehm.).

- 39) Cat. 12 p. 245 Prev. n. 1. Toutt. — Touttaeo videtur Cyrillus in tribus exordii membris tria hominum genera alloqui, in primo virgines et caelibes, in secundo fideles baptizatos, qui eucharistiae, sic scribit, participabant Christique per agnum paschalem figurati carnibus vescebantur, in tertio omnes prorsus, qui aderant, baptizatos et baptizandos. Haec ut falsissima esse arguantur, non opus longa oratione erit. Cyrillus enim ut doceat auditores Christum e virgine esse natum, appellat omnes, ne hac doctrina offendantur, puritatis et castimoniae discipulos: ut doceat Christum esse hominem factum, hortatur omnes, ut cum intelligibilis ovis carnem jamjam essent parcepturi, simul cum pedibus capitis Christi i. e. cum divina etiam humanae ejus naturae participes fiant: denique ut doceat Christum esse carnem factum, admonet omnes, cum τῶν ἁγίων εὐαγγελίων ἀκροῦται sint, ut fidem habeant Joanni theologo hoc affirmanti. Itaque sine discrimine designantur omnes catechumeni, qui cum, ut ad baptismum, ita etiam ad sacram coenam mox essent admittendi, τοῦ νοητοῦ (v. Milles. ad procatech. 1 n. 1) προβάτου τῶν κρεῶν μεταλαβεῖν καταξιούμενοι, non καταξιωθέντες appellantur. Cum Touttaei autem tribus hominum generibus simul etiam tres catechumenorum classes dilapsas in unam confluere, me vix digitum ad id intendente quisque videt.
- 40) Ἱερῶν — καθαρῶν ἐπιθεῖ σύμβολα κ. τ. λ.
- 41) Falsissimum est, quod, ut solet ab aliis decantata denuo reponere, Augustinus ex Binghamo (V. 1. p. 32) haustum, sed de suis auctum atque amplificatum docet (Denkw. V. 11. p. 57) de singulari loquendi usu, quo scilicet φωτισμένοι dicerentur Christiani jam baptizati, φωτιζόμενοι catechumeni adhuc baptizandi; ad quod commentum refellendum aliud tempus sumam. Satis hic habeo apponere locum Zonarae ad Conc. Trull. can. 78 recte explicantis τοὺς φωτιζομένους ἔχουν τοὺς πρὸς τὸ φώτισμα ἐτοιμαζομένους καὶ κατηχομένους.
- 42) V. Bingh. 3. p. 155 — 6. Quid in Sozomeni νόμῳ Ἑλληνικῷ (hist. eccl. 6. 6) Augustium (Denkw. V. 11. p. 397) undique offenderit, vereor ut vel sagacissimus facile odoretur. Valesius codicis Fuketiani scripturam eo tantum consilio affert, ut castiget temeritatem librarii vanae conjecturae indulgentis, et Valentinianus gentilem istum templa adeuntes aqua adspargendi morem, cum jam Christianus esset, adeo moleste tulit, ut probris adspargentem sacerdotem incesseret et adpersam vestis partem diceretur statim abscidisse. Ne ad id quidem animum librarius attenderat,



- quod aqua lustrali apud veteres certe Christianos in atrio jam ecclesias inituri se ipsi lavabant, apud gentiles vero in templi aditu demum a sacerdote obvio conspergebantur, ut Valentinianus, *ἐπεὶ ἐμέθεν ὑπεραμείβειν τοῦ ναοῦ τὸν οὐδόν*. Labrum istud in ecclesiae atrio positum ex LXX usu etiam *λουτήρ* vocatur in Combefisii Origg. Const. p. 247, de qua voce v. Suic. Thes. eccl. T. 2 p. 276 — 7, ubi ex Chrysostomo *νιπήρ* quoque affertur. Melius quam Augustius jam Binghamus, ut solet, rem intellexit 3 p. 157.
- 43) De v. *προβολή* cf. Budaei Comm. linguae gr. p. 633. Aliis versionibus, quas Valesius percenset, equidem praetuli projecturam. Etsi enim non ignoro proprie quidem porticus illas quadrangulas non posse ita appellari, videtur tamen Eusebius *προβολῆς* vocabulum ad eas transtulisse ut prominentes in suggrundae sive protecti modum ante ipsas aedes sacras, quarum parti anticae unum certe latus adhaerebat. Idem vocabulum mox perperam iteratum jam Valesius deletum voluit. Georg. Cedrenus in Hist. Comp. Par. 1647 f. p. 387 proceres vocat *προβολάς*, quas Xylander (not. 158) infelicissima conjectura mutandas proponit in *προπωλάς*, tabernas scilicet, ut vertit (nescio cur non maluerit *προπόλάς*): sed respiscit in not. 210 ad p. 452, ubi *προβολαί* conjunguntur cum magistratibus, ut supra cum mancipiis.
- 44) Gregorius Naz. catechumenum sic alloquitur (Orat. 40 p. 647 C.): *ὡς εἴ κληρονομοῦμενος, ἐν προθύροις εἴ τῆς εὐσεβείας· εἰσὼ γενέσθαι σε δεῖ, τὴν αὐτὴν διαβῆναι, τὰ ἄγια κατοπεύσασαι, εἰς τὰ ἄγια τῶν ἁγίων παρακύψασαι, μετὰ τῆς τριάδος γενέσθαι.*
- 45) De v. *θεοπτία* cf. praeter Suic. Thes. eccl. I. p. 1365. Hemsterhus. ad Hesych. *θεοπτίαν*. Quenam apud Neo-Platonicos τὰ *μικρία θεάματα* animae theopticae s. theurgicae sint, invenies accuratius expositum in not. Thom. Galei ad Jamblich. de myst. 1, 12. p. 196 coll. 8, 6 p. 162 et 10, 6 p. 177.
- 46) Vocem *ἀκήρατος* locis ex Platone allatis explicat Ruhnck, ad Timaei p. p. 17. Quis sit ὁ τῆς ψυχῆς ἀκήρατος ὡς ἀληθῆς κόσμος, v. in Luciani Somn. 10, ubi cf. not. Bourdel. De auro lavationibus purgato v. Casaub. ad Capitolini Pertin. 8. d'Orvill. ad Charit. p. 632 ed. Lips. Ad confirmandam d'Orvillii conjecturam, ex qua in Petri Ep. prim. C. 1, 7 pro *χρυσίου τοῦ ἀπολωμένου* legatur *χ. τ. ἀπολωμένου* (nisi forte malueris *ἀπολωμένου*), aliquid momenti etiam hic noster Eusebii locus habet. De alia auri detersione, cum non monetariorum malleo, quo signatur, sed aliis ictibus a scorio purgatur cf. vv. dd. ad Luciani piscat. 14: *ὡςπερ τὸ χρυσίον ἀποσπώμενον* (non *ἀποσπώμ.*) *τοῖς νόμμασι λαμπρότερον ἀποτίλβει*. Similiter in loco orationis nostrae superiore

ὁ λόγος animarum curam gerens τὰς ἐξέτιμωμένους ψυχὰς — ὄρυξι καὶ διπέδαις ταῖς πληθικαῖς τῶν μαθημάτων διδασκαλίαις ἐξεκείνητέ τε καὶ ἀπέσμηξε.

- 67) Sententia loci inde a verbis τοῖς δὲ πρὸς τὸ φῶς ἀνοίγεται usque ad periodi finem (ante πάντα δὲ plena interpunctione distinguendum), magna laborat non rerum sed verborum obscuritate, cujus culpam ex parte orator ipse sustinet, cum loquatur paullo negligentius neque constantem ubivis imaginis adumbratae rationem servet. Quae alii nodis non solutis tentaverunt, liceat hic missa facere. Ego primum retineo vulgatam lectionem τοῖς δὲ πρὸς τὸ φ. ἀν. non quod haec codd. scriptura sit, sed quia sententia eam flagitat. Fieri enim minime potest, ut qui reliquorum Christianorum omnium adhuc materiam habuit sibi subjectam, ex qua effigiem ecclesiae animatam informaret, partem Christianorum ex hujus materiae vinculis subito emitat. Neque potest haec sola pars accipere lucem, quam statim legimus totis aedibus esse diffusam. Explicamus autem verba sic, ut τοῖς δὲ referamus ad Christianos, ex quibus ipsis fenestras volumus fabricatas esse, et ante πρὸς τὸ φ. ἀν. si videatur opus esse, supplicamus ἄς, quod Eusebins in conferenda similitudine solet aliquando omittere, sicut, ne longius abeamus, in loco modo allato, ὄρυξι καὶ διπέδαις ταῖς πλ. κ. τ. λ. Deinde nemo offendatur, quod verbum κατανοῶζει suo accusativo careat. Colon enim hic positum, procul dubio delendum est, quo facilius τὸν πάντα νῶν, qui proxime quidem a part. κατακοσμῶν regitur, etiam cum verbo finito jungamus, nisi melius forte hoc verbum absolute accipiatur, ut h. e. 10, I ubi idem fere est, quod αὐγὰς πατέρεσθαι. Tum πρόπυλον Eusebium fenestram appellare, etsi quod sciam e Lexicographis nemo hanc significationem notaverit, eo minus mirabimur, si de similitudine, quam fenestrae et vestibuli portae inter se habent, cogitaverimus. Quemadmodum enim Paulinus supra dicebatur e tribus portis τῇ μέσῃ τὸ πολὺ τὰς παρ' ἐκείτερα μετέδει τε καὶ πλάτει πλεονεκτήειν χαρισάμενος, sic etiam e tribus fenestrarum aperturis mediam adeo erexerat, ut magnitudine antecelleret laterariis. Quod autem insuper quandam S. Trinitatis ex Arii doctrina informatae similitudinem referebant, hoc ejusdemmodi fere est, quale in S. Sophiae templo factum legimus, ubi ex incerti auctoris narratione in Origg. Const. 254 angeli scilicet jussu struebatur τρίφωτος ὁ μναξ̄ (v. du Cang. Gloss. graec. h. v.), ubi lux infunderetur διὰ τριῶν σοῶν (cf. Combefis. not. 24) εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. Denique haeremus quidem in genitivorum Χριστοῦ — αὐγὰς τοῦ φωτός et τῶν λοιπῶν — τῆς — ἀληθείας junctura, ita tamen, ut expeditum nos iri speremus. Potest enim explicandi duplex iniri ratio, qua vel supplicamus ἀνοίγματι, ut Christi et Spiritus Sancti fenestra sit apertura ad

lucem eorum i. e. doctrinae de iis prolatae recipiendam facta, vel, quod multo magis placet, priores genitivos Χριστοῦ et τῶν λοιπῶν statuamus pendere a posterioribus τοῦ φωτός et τῆς ἀληθείας, cum genitivos ita duplicare usitatissimum Eusebio sit, ut verborum de hoc more supersederi multitudinem facile queat. Interpretandus inde est etiam locus h. e. 5, 28 ἀνίμω καὶ ἀθέω διδασκαλίᾳ προφάσει χάριτος, ubi Strothius parum recte appositionis auxilium accessit. Χάρις διδασκαλίᾳ est gratia, quae doctrina aliqua exponitur sive continetur. Itaque oratio, nisi vetamus forte Eusebium priori substantivo seu προτύπῳ sive ἀνοίγματι, unde genitivi regantur, aliud substituere, expedita erit et satis facile currens. Τῶν λοιπῶν autem τό σαφές pertinere ad reliqua praeter doctrinam de Trinitate dogmata jam satis puto apparebit ex τῆς κατέκαστον ἀληθείας. Ceterum ut pro παρασχόμενος legendum censeamus cum Gruteri cod. in marg. Christophors. παρεχόμενος, efficitur tum aliis participiis praes. κατακοσμῶν et ενδεικνύμενος, tum superiore veri templi descriptione, ubi similiter παρίχων et παρεχόμενος: quo accedit etiam aliqua Scholii auctoritas in cod. Maz. Eusebii Arianismum acerbè inerepantis.

- 48) Consecrationem templi Tyrri factam a. 315 praecessisse alias docet Wernsdorf. in Templi Constantiniani propter resurrectionis Christi locum exstructi sollemni dedicatione Witteb. 1770, 4. p. 20 not. 2. Cf. Heinich. not. 1.
- 49) Adnot. in Conc. Nicaen. prim. p. 71. Beveregii ichnographiam etiam Heinichen. sed ex Readingii Eusebio recepit.
- 50) Ita malui statuere cum Combefisio Origg. Const. p. 266, quam hariolari cum Suicero in Thes. eccl. Tom. 2. p. 389 — 90 v. vobis. Etiam du Cang. l. l. v. ὄρομικὸς nimis fluctuat.
- 51) Τὸν μὲν ἐξωθεν ὠχυροῦτο περίβολον τῆ τοῦ παντός περιτειχίσματι, ὡς ἀν ἀσφαλιστάτον εἶη τοῦ παντός ἔρκος.
- 52) Vocantur hae portae αἱ πρῶται εἰσοδοί, quae tamen, cum etiam ἡ εἰσοδος dicatur, rem non conficerent, nisi accederet παρελθὼν εἰσω πυλῶν. De re singulari, quod portae ad Orientem spectarent, v. Bingham. 3 p. 151, qui de nostro templo minus dubitanter loqui debebat.
- 53) Ὅτι τὸ πολὺ τὰς πύλας ἐκείνην κ. τ. λ. cf. not. 47. De vestibulo magno cf. Bingham. 3 p. 153.
- 54) Ὅτι τὰ μέσα διαφράγματα τοῖς ἀπὸ ξύλου δικτυωτοῖς ἐς τὸ σύμμετρον ἦκουσι μήκους περικλίσεις κ. τ. λ.

- 55) Καὶ πρώτη μὲν εἰσόντων αὐτῆ διατριβῆ κόσμον ὁμοῦ καὶ ἀγλάων τῷ παντὶ τοῖς τε τῶν πρώτων εἰσαγωγῶν ἔτι δεομένοις κατάλληλον τὴν μόνην παρεχόμενη. Οἱ τῶν πρώτ. κ. τ. λ. *Idem sunt qui modo εισιόντες.* Binghamus hic (3 p. 154) exemplum praebet vanissimarum conjecturarum, in quas, qui semel rectam interpretandi semitam deseruit, incidere possit. Etiam Christophorus, quamquam aliter, hic deerrat, dum Eusebium propriis necdum translatis verbis uti oblitus vertit: illis, qui primis fidei principiis instituendi sunt: isque adeo Valesium quoque in fraudem inducit, ut reddat graeca: iis qui institutione adhuc opus habent, immemor plane, hos sic fieri primae, quam fingit, classis catechumenos, non eos, e quibus externus murus extruatur. Rectius Musculus: illis qui adhuc primos ingressus desiderant.
- 56) Ἄνωθεν ἐπὶ ταύταις (ταῖς σοαῖς) ἄλλω πλείονι φωτὶ διαφύρουσ τὰς ἐπὶ τὸν οἶκον εἰσβολαῖς ἐπενοίει ταῖς ἀπὸ ξύλου λεπτοουργίαις καὶ τὸν περὶ αὐτὰς κόσμον καταποικίδων. Quae interpretes hic iterum peccaverint, reprehendere piget.
- 57) Τί με δεῖ νῦν — ἀκριβολογεῖσθαι τὴν ὑφήγησιν κ. τ. λ.
- 58) Ἦδη λοιπὸν καὶ ἐπὶ τὰ ἐκτὸς τοῦ ἰεῶ μετῆει ἐξέδρας καὶ οἴκους τοὺς παρ' ἐκότερα μεγίστους ἐπισκευάζων εὐτέχνως ἐπὶ ταῦτόν εἰς πλευρὰ τῷ βασιλεῖα συνεζευγμένους καὶ ταῖς ἐπὶ τὸν μέσσην οἶκον εἰσβολαῖς ἠνωμένους.
- 59) De exedris v. praeter Valesium ad Euseb. d. vit. Const. 3, 50 du Cang. Gloss. lat. h. v. Schleusn. Lex. in LXX.
- 60) De Solomone per pacem otiante ad aedificandum templum cf. Origen. in Joann. T. 6, 1 Σολομῶν γὰρ ἐρμηρεύεται εἰρημικός.
- 61) Euseb. d. vit. Const. 4, 45 coll. hist. eccl. 10, 3.



Das neue Lehrgebäude unſers Gymnaſium, deſſen feſtliche Einweihung bevorſteht, iſt auf einem Plage erbaut worden, der früher bereits nicht ohne geſchichtliche Bedeutung geweſen. Denn ſchon vor der Gründung der St. Marien-Kirche durch unſern wegen mancher frommen Stiftung ausgezeichneten Pommerschen Herzog Barnim I. im Jahre 1263 hatte derſelbe nach den ausdrücklichen Worten der Stiftungs-Urkunde (ſiehe Hering's hiſt. Nachricht von der Stiftung der zwei Collegiat-Kirchen u. 1725, 4. Urkund. Nr. I. Dreger's Cod. Pomm. B. 1, Nr. 356) die alte Burg Stettin d. h. deren inneren Burgraum gebildet, von welchem Barnim nur die eigene und die einem Conr. Kleiſt ehemals gehörige Wohnung (curia) für ſeinen Gebrauch ſich vorbehielt. Ob eine Marien-Kapelle, \*) welche der nämliche Barnim dem ſchon im Jahre 1243 von ihm geſtifteten Marienkloſter auf dem noch jetzt nach demſelben benannten Kloſterhofe mit allem Zubehöre überwies, ebenfalls innerhalb des bezeichneten Burgringes geſtanden, bleibt ungewiß, obgleich ein ſpäterer Chronikſchreiber, Schwallenberg, der 1719 ſtarb, in ſeiner ungedruckten Chronik einer noch zu ſeiner Zeit bei der St. Marien-Kirche befindlichen und mit derſelben verbundenen fürſtlichen Schloßkapelle gedenkt, die er für das älteſte Gebäude (er ſcheint ein von Mauerwerk errichtetes im Sinne zu haben) in ganz Pommern hält.

Die Schickſale jener Marienkirche aber ausführlicher zu erzählen, iſt hier der Ort nicht. Unſere Mitbürger wiſſen, wie ſie, nachdem im Jahre 1789 der erſt 1732 neu aufgeführte hohe und ſchöne Thurm derſelben vom Blitze entzündet, ein Theil der Kirche ſelbſt durch ſeinen Einſturz zertrümmert, und die Zeit, Kirchen wieder aufzubauen, auch unter uns vergangen war, allmählig abgetragen worden, und ihre Stätte wüſt gelegen. Was ſomit für kirchliche Zwecke nicht weiter benutzt worden, iſt nunmehr der Schule wie durch ein verwandſchaftliches Erbrecht anheimgefallen. Durch die im Jahre 1805 vollzogene Vereinigung der

\*) Die Schenkungs-Urkunden bei Dreger Nr. 152 u. 53 nennen ſie eccleſiam S. Marje, drei ſpättere von den Jahren 1261 und 1268 (Dreger Nr. 332 u. 33. 433) Capellam S. M. Wäre ſie in dem caſtrum belegen geweſen, ſo würde ſie, möchte man meinen, in der Stiftungs-Urkunde der Marien-Kirche erwähnt worden ſein.

beiden hiesigen gelehrten Schulen nämlich und ins besondere durch die seit 1813, nachdem Stadt und Vaterland von fremder Zwingherrschaft befreit worden, immer merklicher steigende Frequenz des vereinigten Königl. und Stadt-Gymnasium war zugleich das Bedürfnis eines zweckmäßig eingerichteten Lehrgebäudes immer fühlbarer geworden. Ich übergehe die seit 1819 gemachten, aber immer fruchtlos gebliebenen Versuche, diesem Bedürfnisse Abhülfe zu schaffen, um so lieber, da ich ihrer schon in einer früheren Einladungsschrift Erwähnung gethan. Erst einer im Januar 1828 unter dem Vorfise des zum Königl. Commissarius ernannten Geheimen- und Ober-Regierungsraths Herrn v. Mittelstädt zusammengesetzten Commission gelang es, einen Neubau so weit vorzubereiten, daß zwei Jahre später die Ausführung desselben durch eine zu diesem Behufe wiederum eigens niedergesetzte Baucommission beginnen konnte.

Der Bau ist nun vollendet; das Haus steht in einer Kunstform da, wie sie im deutschen Vaterlande kaum ihres Gleichen haben möchte. Eine lithographirte perspectivische Ansicht nebst dem Grundrisse desselben ist dieser Einladungsschrift beigegeben, und es wird den Gönnern und Freunden unsrer Lehranstalt willkommen sein, wenn ich aus einer von dem Regierungs-Baurath Herrn Scabell, dessen rastloser Thätigkeit und baukünstlerischem Geschmacke unser Haus ungemein viel zu verdanken hat, auf meine Bitte mir gegebenen Baubeschreibung das Wesentliche hier mittheile.

Zum Bauplätze ist eine Stelle erwählt worden, welche oberhalb der Erde größtentheils von den Ruinen der St. Marienkirche bedeckt, unterhalb der Dammerde aber ganz mit Gewölben untergraben war, so daß nur mit großer Mühe und vielen Kosten die zum Theil 20 Fuß tiefen Fundamentgruben gezogen und die einzelnen Banquete vom festen Baugrunde auf in angemessener Stärke bis zur Erdgleiche aufgeführt werden konnten. Nach dem Entwurfe der Königl. Ober-Bau-Deputation hat das Gebäude im Grundrisse eine oblonge Form erhalten, welche an der nach Süden gelegenen Vorderfronte durch ein 9 Fuß und an der Hinterfronte durch ein 11½ Fuß vorspringendes Nisalit unterbrochen wird. Ersteres ist 54 Fuß lang, so daß bei der ganzen Länge des Gebäudes von 158 Fuß die jedes zurückspringenden Theiles der Vorderfronte 52 Fuß beträgt; die nach Westen und Osten gelegenen Siebelseiten dagegen sind 63 Fuß, das Nisalit der Hinterfronte 80 Fuß lang.

